






SIGILLVM · VNIVERSITATIS · CALIFORNIENSIS
FIAT LVX
MDCCCLXVIII
EX LIBRIS

[redacted]

Tod: [illegible] nach ihm u. Gemeinschaft [illegible]
cap 4, § 5 S. 34 f. vgl. ! ;

Freundschaft u. ihr [illegible] 4, 8 S. 36.

HERMETIS TRISMEGISTI

QVI APVD ARABES FERTVR

DE CASTIGATIONE ANIMAE LIBELLVM

EDIDIT LATINE VERTIT ADNOTATIONIBVS ILLVSTRAVIT

OTTO BARDENHEWER

PHIL. DR.

ACCEDIT APPENDIX
IN QVA NONNVLLA PHILOSOPHIAE ARABICAE VOCABVLA
EXPLICANTVR

BONNAE

APVD AD. MARCVM

1873

Libellus in quo edendo, vertendo, illustrando opusculum versatur priore eaque multo minore ex parte nuper in lucem prodiit, altera ex parte adhuc in codicum manu scriptorum tenebris latuit. Iam I. I. Reiske a. 1736 industriam in eo collocavit et priorem eius partem e codice bibliothecae senatoriae civitatis Lipsiensis — inter codd. arab., pers., turc. n. 297. (29.) fol. 73^v—155^r; apud Naumannium Cat. librorum mss. qui in bibl. senat. civ. Lips. asservantur. p. 535 — in Latinum vertit, quae versio foras data non est, sed in eiusdem bibliothecae scriniis remansit[1]. Deinde vero V. Ill. FLEISCHER eundem codicem Germanice reddidit: *Hermes Trismegistus an die menschliche Seele* in Illgenii *Zeitschrift für die historische Theologie. Bd. 10. (Lpz. 1840.)* p. 87—117, triginta autem annis post collatione codicis Vaticani — inter codd. arab. n. 182. (153.) fol. 104—132; apud Assemanium Bibl. orient. Clement.-Vatic. III, 1. p. 283 n. 25 — qui eandem quam Lipsiensis libelli partem exhibet adiutus verba (eius partis) arabica typis mandanda curavit eisque interpretationem suam subiunxit novis curis retractatam: *Hermes Trismegistus an die menschliche Seele. Arabisch und deutsch herausgegeben von Prof. Dr. H. L. Fleischer. Leipzig 1870.* Qui libellus quum in universum talis sit qualem esse eum ex ipso scriptoris nomine conieceris, sane est cur mireris, me denuo idem opus aggredi ausum esse. Attamen facile excuser utpote qui, postquam primum reliquae tantummodo opusculi parti a Fleischero non tactae lucem afferre in animo fuit, tum demum consilium mutaverim quum novorum codicum ope adiutus Fleischeri aut lectionem aut interpretationem nonnullis locis mutare posse mihi visus sum simulque ea quae ad argumentum libri illustrandum collegeram sine ipsis scriptoris verbis exhiberi non posse intellexi. Ceterum aliud quid

[1] Plura de Reiskii curis exhibet Ill. Fleischer in prooemio scriptorum illico laudandorum.

non peto quam ut qui id quod tanti viri inchoarunt perficere conatus sim non prorsus indignus esse videar.

Priusquam librum ipsum aggredior, de codicibus manu scriptis quibus servatus est pauca praemittenda sunt.

Exordiar a duobus illis codicibus modo iam commemoratis: Romano et Lipsiensi. Quorum ille a librario originem duxit qui in exemplari describendo acrem quidem posuit curam, at propter inscientiam varia commisit menda. His autem mendis, si accuratius perpenduntur, demonstrari videtur exemplar illud cuficis exaratum fuisse literis[1], eamque ob rem in vetustissimorum codicum numerum referendum esse. In altera parte capitis sexti (§. 8) post vocabulum quod est والمبصرات, ab eis qui totum librum continent codicibus recedens, codex pergit فتذكّرى, exinde vero ex abrupto desinit ita ut quaedam intercidisse pateat[2].

Codex Lipsiensis ab antiquario profectus est qui et ipse in exemplo conficiendo magnam adhibuit diligentiam, minori usus est linguae arabicae scientia. Hunc quoque codicem partem tantummodo libri praebere modo iam dixi; eodem enim cum cod. Romano loco a ceteris exemplis deflectit, exinde vero iustum finem libro imponit qui in ceteris codicibus nusquam invenitur[3]. Ill. Fleischer l. l. p. V laudatos codices propter miram eorum inter sese convenientiam proxima iunctos esse censet cognatione. Cui sententiae prorsus assentior; sic autem quaestionem disso-

---

[1] Saepissime enim puncta quae vocantur diacritica praetermittuntur neque in vocabulis vulgaribus, immo in vocibus rarioribus formisque difficilioribus. Qua ex re elucere videtur, librarium in legendo exemplari dubium ac suspensum haesisse eamque ob rem qua fuit severitate puncta diacritica omittere maluisse quam perperam ponere. Aguntur autem eae literae quae in scriptura cufica inter sese non distinguuntur. Deinde vero falsae lectiones occurrunt quae quomodo irrepere potuerint e solo exemplari cufico intelligitur, veluti حِركة pro جودة. Alia sane quibus codex maculatus est menda non possunt quin iam in exemplari ex quo fluxit exstitisse existimentur.

[2] Quae primitus secuta fuerint illico e codice Lipsiensi intelliges.

[3] v. Fleischerum l. l. p. 34, l. 4 sqq. quam quidem clausulam eandem esse atque eam quae in cod. Rom. (ultimo folio, ut videtur, pessum dato) desideratur, eo efficitur, quod primum a quo incipit vocabulum (فتذكّرى) etiamnum in cod. Rom. exstat.

lutam velim, ut exemplum Lipsiense ex ipso exemplo Romano transscriptum esse statuatur [1].

Praeter codices Romanum et Lipsiensem in bibliothecis europaeis quantum scio quinque exstant libri nostri exempla. Duo et ipsa mutila sunt, quorum alterum in bibliotheca universitatis Upsaliensis — inter codd. arab., pers., turc. n. 489. fol. 76^{v} sqq. — asservatur, alterum in bibliotheca academica Bonnensi invenitur, in quam illatum est ex legato Scholzii, professoris olim in hac universitate meritissimi, qui librum ex itinere orientali advexit.

Atque illud quidem solis fragmentis constat. *E quattuordecim capitibus* ut ait Tornberg Codd. arab., pers., turc. bibl. univers. Upsal. Ups. 1849. p. 312 *duo modo prima, pars prima tertii et ultima sexti, septimum, octavum, nonum et pars decimi adsunt.* Plura quam quae catalogus exhibet de codice non comperi.

Hoc plura praebet idemque semper praesto mihi fuit. De eo verbum fecit V. Ill. Gildemeister in annal. *Zeitschr. der D. M. G.* XXIV. p. 706—707, quare pauca addidisse satis habeo. Signa vocalium et geminationis rarissime addita, puncta diacritica raro quidem omissa, at saepe inepte adhibita sunt. Denique exaratus est codex non a viro docto, sed a mercenario qui ea quae transscribenda erant neque satis intellexit et negligentius transtulit, ita ut omnibus vitiis scateat. Fluxisse autem videtur ex exemplari syriacis literis expresso [2].

---

[1] Sane quidem in eiusmodi quaestionibus coniecturis campus patet amplissimus neque ulla opinio ab omnibus dubitationibus facile vindicari potest. Ita autem ut dixi eis potissimum locis quibus codices inter se discrepant res disceptari videtur, quippe quibus, ni fallor, in promptu sit librarium codicis Lipsiensis prorsus e scriptionibus codicis Romani pendere. Etenim ibi tantummodo rectum tenet ubi quid rectum sit lectione codicis Romani et orationis contextu extra dubium positum est, veluti pro وحتبر حاله in cod. Rom. ipse exhibet وتختبر حاله praecedente لتعلمه; plerumque autem eam scriptionem restituit quam librarius codicis Romani intendere vel commendare videtur quamvis in vitio sit, veluti bis in cod. Rom. انتانى invenitur pro التالى, in cod. Lips. utrobique الثانى.

[2] Eae enim literae quae syriace una et eadem litera reddi solent saepissime inter sese confunduntur veluti ض ponitur pro ط et ظ, ك pro خ, non solum ت pro ث, د pro ذ, sed etiam ث pro ت, ذ pro د; adde quod iterum atque iterum ب invenitur pro ف.

Accedunt tres codices qui totum librum exhibent.

Primus Oxoniae exstat in bibliotheca Bodleiana inter codd. Hunt. n. 589. fol. 50—169 — Bibl. Bodl. codd. mss. orient. cat. I. codd. syr. p. 15 n. 75, 2 —. Est codex syriacis literis exaratus[1] qui quum initio et fine careat neque librarii nomen affert neque anni notam gerit. Et praefationis a nescio quo antiquario libro praemissae et ultimae partis capitis 14. (§. 14—15), Ill. Gildemeistero comissime intercedente, collatio praesto mihi fuit, a Cl. Etheo maxima cum humanitate confecta, secundum quam altero loco codex cum cod. Bonnensi adeo consentit, ut arctiore quadam cum eo coniunctus esse videatur necessitudine; quod quidem cum coniectura modo de cod. Bonnensis origine proposita mirum quantum convenit.

Alter invenitur Parisiis in bibliotheca quae vocatur *bibliothèque nationale* „ms. du suppl. ar." n. 93. fol. 142—203ᵛ [2]. *Le ms.* — scribit Cl. Zotenberg qui a Gildemeistero rogatus summa comitate et brevem codicis descriptionem et nonnullorum locorum collationem transmisit — *paraît être du XVᵉ. siècle; quelques ff. au commencement et au milieu du volume et le dernier ouvrage tout entier* (اخبار سكندس الحكيم), *à partir du fol. 217., sont plus modernes.* Si ex paucis atque angustis speciminibus totius libri coniecturam capere licet, codex satis accurate atque emendate scriptus esse videtur.

Tertius denique asservatur in bibliotheca Academiae Lugduno-Batavae inter codd. Warn. n. 1148. fol. 71ᵛ—97ʳ [3], quem quidem codicem ut sat diu commode et libere in usum meum conferrem, intercedente summo magistratu regio DE GOEJE, clarissimus legati Warneriani interpres, qua est liberalitate gratiis et laudibus dignissima concessit. Exaratus est festinantius, manu expedita, literis minutioribus in universum satis perspi-

---

[1] Transscriptum autem eum esse e codice arabicis literis expresso falsae lectiones testantur quae ex exemplari carshunico exoriri vix potuerunt, veluti يتميق pro تتميق, مقتدليا pro مقترنا, alia.

[2] Mentionem facit codicis B. de Montfaucon Bibliotheca bibliothecarum manuscriptorum nova. Par. 1739. II. p. 1042 e. in enumerandis libris manu scriptis bibliothecae monasterii S. Germani a Pratis.

[3] Cat. codd. orient. bibl. Acad. Lugd.-Bat. III. p. 310 n. 1432; est liber secundus e tribus qui eodem codice continentur; de primo agitur III. p. 166 n. 1207, de tertio IV. p. 288 n. 2085.

cuis nonnunquam lectu difficillimis. Vocalium et geminationis signa nec raro etiam puncta diacritica omissa, pauca posteriori, ut videtur, manu addita sunt. Sed id minus: maius quod non solum puncta diacritica saepissime perperam ponuntur, sed etiam gravioribus vitiis codex abundat. Teste subscriptione confectus est Constantinopoli a. $\frac{1064}{1654}$ [1].

Imposterum codicem Romanum litera R., c. Lipsiensem l. L., c. Upsaliensem l. U., c. Bonnensem l. B., c. Oxoniensem l. H., c. Parisiensem l. P., c. Lugdunensem l. W. signabo.

Intelligitur ex eis quae praemisi praeter codd. R. et L. (secundum editionem Fleischerianam) imprimis codd. B. et W. me usum esse. Horum autem, ut dixi, neuter bonae notae est, immo uterque et plurimis et maximis maculatus vitiis. Accedit quod quattuor illi codices quam plurimum inter sese dissident. Quid? quod neca pitibus quidem distribuendis sibi constant? Certe cod. B. suam et propriam rationem sequitur; plurima enim capita alibi quam ceteri codd. exorditur, capp. 11. et 12. in unum (12.) contrahit, cap. 14. in duo (14. et 15.) dissolvit. Perinde describendis locis in quae capita divisa sunt codices alius ab alio differunt; nonnulla in alio exstant, in alio desiderantur, nonnulla in alio alio ex ordine nectuntur. — Distributionem capitum in paragraphos ipse addidi. — Sed illa leviora: gravius quod in singulis enunciationibus, locutionibus, vocabulis maxima inter codices illos intercedit diversitas, atque ita quidem, ut cod. B. ad aliam quam codd. R. et L. referendus sit codicum familiam, cod. W. autem quasi medium quoddam inter eos teneat. Atque eis quidem quae cod. W. praebet verbis, modo mendis vacaverint, primas dandas esse duxi, quare eius lectiones aliis causis non vetantibus praeferre solitus sum.

Annotandam lectionis varietatem, codicibus in levioribus aeque atque in gravioribus adeo inter sese discrepantibus, facere non potui quin ad certos revocarem fines. Quam ob rem et ea quae in solis eisque manifestis atque apertis vitiis versantur et ea quae si sententiam spectas *ἀδιάφορα* dixeris missa feci, nisi

[1] E subscriptione ultimi eorum quos codex exhibet librorum — qui ad unum omnes eadem manu eodemque anno exarati sunt — patet, librario nomen fuisse سياوش بن عبد الله, ei in cuius usum librum scripsit صالح افندى (الفقير).

si alia quadam ex causa memoratu digna esse visa sunt. Ubicunque autem a codicibus recessi ipsorum lectiones semper exhibui, nisi vero tales fuerunt quales utrum et quomodo mutandae essent in promptu fuit. In paucis vero formis verbalibus quae ob orationem perpetuo ad animam conversam sexcenties occurrunt eaedemque in alio codice aliter scribi solent, missa diversitate, unum scribendi modum constanter tenui. Sec. pers. sing. fem. perf. quae in B. paene semper, in R. et L. autem raro tantummodo, in W. nunquam قَتَلْتِى scribitur (secundum scriptionem recentiorem) nullo non loco قتلت scripsi. Suffixis autem accedentibus, eiusdem formae vocalem *i* plene scripsi (قتلتيه, قتلتيها etc.), quippe qua in re omnes codices conveniant, nisi quod W. nonnunquam antiquam scriptionem قتلته, قتلتها etc. servavit. Denique quod codicis B. proprium est, formam تَقْتُلِينَهُ, تَقْتُلِينَهَا etc. contrahere in تقتليه, تقتليها etc., in annotationibus praetermisi. Alias discrepantias quae ad scribendi rationem faciunt semper annotavi. In universum autem exhibendae lectionis varietati non nimis modum me constituisse unaquaeque clamat pagina. Speciminis causa in ultima parte cap. 14. (§. 14—15), quo loco praeter codd. B. et W. collationes codd. H. et P. consulere mihi licuit, omnem scriptionis diversitatem textui adieci.

Disputatis codicibus manu scriptis iam ad librum ipsum convertor.

Argumentum eius versatur in admonitionibus animae[1] propositis et ad vitam spectantibus. In mores igitur conformandos scriptor incumbit; ea quae in sola cognitione posita sunt secundas tantummodo partes agunt vel potius omnino postponuntur. Doctrina autem quam profitetur prorsus convenit cum placitis Neoplatonicorum. Cunctis igitur monitis subest praeceptum fugae eorum quae sub sensus cadunt. Antehac anima conditione usa est vel maxime felici et beata; in mundo rerum

---

[1] Intelligas animam humanam, non animam scriptoris ipsius, quod librario codicis W. visum est qui librum exorditur قال افلاطون قدّس الله روحه العزيز في مخاطبته لنفسه الخ

sensibus subiectarum vitam trahit miserrimam, naturae ipsius repugnantem, omnibus acerbitatibus plenam et confertam; itaque nihil antiquius habeat oportet quam ut a rebus humanis revocet sese atque abducat, e corporis vinculis evolet, naturae sordes abiiciat. Certum rerum ordinem scriptor non tenet, immo absoluto prooemio liberrime vagatur et errat; unde fit, ut singula praecepta nullo inter se cohaereant nexu, eadem iterum iterumque redeant nec non alia aliis pugnent. — Scribendi genus quo utitur suspensum est, minus certum ac definitum idemque fusissimum latissimumque. — Lingua a veterum grammaticorum placitis nonnunquam recedit nec serioris tantummodo temporis indicia apparent, sed etiam dictionis vulgaris vestigia inveniuntur. Sed omnibus paene quibus eiusmodi quid cernitur locis alius codex ab alio discrepat, quare si minus cuncta at plurima non ad auctorem libri referenda sunt, sed librariis tribuenda.

Sed quid praecipio? nunc videamus de libri origine!

Qua in re primum audienda est vox codicum manu scriptorum. In c. B. utpote qui et initio et fine mutilus sit scriptoris nomen non traditur. In c. R. liber inscriptionem gerit رسالة هرمس الحكيم الفاضل, in c. L. titulum fert رسالة هرمس المثلّث بالحكمة. Consentiunt c. P. qui scribit رسالة هرمس الحكيم الفاضل et c. U. qui exhibet كتاب رسالة الحكيم هرمس المثلّث بالحكمة. Alii testes dissident. In c. W. legitur كتاب معذلة[1] النفس لافلاطون *(liber reprehensionis animae a Platone conscriptus)*, in c. H. exstat رسالة ارسطيطاليس الحكيم الفاضل ويدعا زجر النفس *(commentatio Aristotelis philosophi praestantissimi quae vocatur compellatio animae)*. Denique teste Cl. A. Müller *Die griech. Philosophen in der arab. Ueberlieferung. Halle 1873.* p. 39 n. 11 et p. 44 ab Ibn Abî Uṣeibiʿa Socrati كتاب معاتبة النفس nec non, ut videtur, Platoni كتاب فى معاتبة النفس tribuitur. Iam sine dubio utrobique idem

[1] Cl. Wenrich De auctorum Graecorum versionibus et commentariis Syr. Arab. Armen. Pers. comm. Lips. 1842. p. 119 dum in scriptione معذلة offenditur in scirpo nodum quaerit.

scriptum agitur, quod quidem utique noster liber est[1]. Attamen primitus Hermetis nomine liber insignitus fuisse videtur[2]. Primum quattuor illi codices antea laudati scriptoris nomine ad unum omnes inter sese conveniunt, ceteri testes alius cum alio pugnant. Deinde, ut supra exposui, c. R. transscriptus esse videtur ex exemplari vetustissimo, c. W. aetatis est recentissimae. Accedunt duo alia testimonia. Ḥâdschî Chalfa III. p. 540 n. 6846 libri mentionem infert cui inscribatur زجر النفس لهرمس الهرامسة additque مختصر على فصول أوّله الحمد لمفيض العقل الخ. Quae commemoratio brevior quidem est et levior, sive quod scriptor ipse librum non inspexit sive quod fusius et subtilius eum describere nescio quam ob causam a re duxit; verum enimvero patet nostrum librum esse qui agitur[3]. Desideraveris apud Ḥâdschî Chalfam aetatis vetustatem: explet desiderium Abulbarakât qui auctore I. S. Assemani Bibl. orient. Clem. Vatic. III, 1. p. 283 n. 25 in libro cui titulus مصباح الظلمة وايضاح الخدمة[4] refert: الفاضل هرمس الحكيم له رسالة يخاطب فيها النفس تشتمل على حكم فلسفة وعظات روحانيّة ومقاييس عقليّة أبوابها اربعة عشر وتسمّى رسالة المعاتى.

Itaque auctor libri nomen induit Hermetis vel Hermetis Trismegisti.

Quod nomen Arabes a Graecis acceperunt, qui eo numen quoddam Aegyptiorum appellarunt quod deos inter et mundum

---

[1] Appellatio quae est *castigatio animae* non solum titulum codicis W. *(liber reprehensionis animae)* proxime attingit, verum etiam in praefatione invenitur quam plurimi codices libro praemittunt.

[2] Inscriptiones quoque quae sunt زجر النفس, كتاب معاذلة النفس, كتاب في معاتبة النفس seu كتاب معاتبة النفس, si cum incerto illo رسالة, conferuntur, et ipsae postea demum ex argumento libri sumptae esse videntur.

[3] Titulus *compellatio animae* — male Flügel *divinatio animae* —, ut modo exhibui, in c. H. quoque reperitur. — A verbis *laus datori rationis* in codd. quos enumeravi liber noster non incipit, at cf. locum cap. 1, 4.

[4] De exemplis huius libri Vaticanis videndus est Assemani apud Maium Scriptorum veterum nova collectio. t. IV. p. 215 n. 106 et p. 566 n. 623; alius eius codex exstat Parisiis: Cat. codd. mss. bibl. reg. (t. I.) Parisiis 1739. p. 109 n. 84.

interpretis munere fungi idemque omnem scientiam hominibus aperuisse et artium literarumque auctor et patronus esse credebatur. Maxima autem apud Graecos auctoritate Hermes iste Neoplatonismi temporibus usus est, omnibus somniis vigentibus et artibus quae vocantur magicis efflorescentibus. Tum innumeri paene varii generis editi sunt libri Hermetis, antiquae illius Aegypti sapientiae personam agentis, nomine insigniti. Ex quibus plurimum valent scripta quaedam argumenti philosophici quae ceteras quidem in partes aliud ab alio vel maxime differunt, eo autem inter sese congruunt quod auctores e variis rationibus ac disciplinis libant quodcunque maxime veritatis specie eos movit istaque placita ad vitae usum conferenda curant [1].

A Graecis (intercedentibus Syris) Hermetis fama ad Arabes (atque ab eis ad Iudaeos) migravit. Apud quos summa floruit claritate. Missis autem multis illis et variis quae apud Arabes de eo feruntur fabulis [2], paucis exponere iuvat, quas partes obtinuerit in Arabum literis.

De philosophicorum illorum quorum modo mentionem inieci librorum Hermeticorum interpretationibus arabicis nihil compertum est. Tradit quidem Barhebraeus [3], sermones inter Her-

---

[1] De istis libris quorum nonnulli fragmentis tantummodo aut versionibus latinis ad nostram pervenerunt aetatem, ut veteriores mittam, agunt VV. Cl. Baumgarten-Crusius De librorum Hermeticorum origine atque indole. Ienae 1827. (Progr.), B. I. Hilgers De Hermetis Trismegisti Poimandro commentatio. Bonnae 1855. (Progr.), L. Ménard *Les livres d'Hermès Trismégiste.* in annal. *Revue des deux mondes. tom. 62. (1866.)* p. 870—907, quae commentatio praemissa est auctoris operi *Hermès Trismégiste. Traduction complète, précédée d'une étude sur l'origine des livres hermétiques. Paris 1866; 2. éd. Par. 1867.*, H. Kellner *Hellenismus und Christenthum. Köln 1866.* p. 237 sqq., I. Bernays *Der unter Apuleius's Werken stehende Dialog Asclepius. Berlin 1871.*

[2] Post Sanguinettium in ann. *Journal Asiatique. 5. ser. t. IV. (Paris 1854.)* p. 185 sqq. Cl. Chwolsohn *Die Ssabier und der Ssabismus. St. Petersburg 1856.* I. p. 787 sqq. molem quandam scriptorum arabicorum de Hermete locorum congessit tam magnam quam rudem indigestamque.

[3] Hist. compend. Dynast. auth. Greg. Abul-Pharajio. ed. Pococke Oxon. 1663. p. 10, l. 2 sqq.; in syriaco chronico — edd. Bruns et Kirsch Lips. 1789. p. 5, l. 11 sqq. — idem illud non invenitur.

metem Trismegistum et Tat[1] discipulum institutos et per modum interrogandi et respondendi compositos neque ad certum quendam rerum ordinem revocatos in Syriacum versos esse versosque ipsius temporibus exstitisse. Qui liber nihil aliud fuisse videtur nisi interpretatio *τῶν πρὸς Τάτ* solis fragmentis servatorum quae Stobaeus ab oblivione vindicavit et Cl. L. Ménard *Hermès Trismégiste . . . 2. éd. Par. 1867.* p. 225—256 collegit[2]; idemque e Syriaco facile in arabicas literas translatus sit. Sed certi quid exquiri non potest.

Permulta autem quae ab ipsis profecta sunt Arabes Hermeti Trismegisto attribuerunt.

Ac primum quidem Hermetem in numero virorum clarissimorum habuerunt, a quibus varii generis praecepta apud ipsos celebrata repetere solent, quae illorum induant auctoritate. Hinc inter alios Hermes quoque saepius recte vivendi magister exsistit.

Iam Ḥonein ben Isḥâq in libro cui inscribitur *Philosophorum dicta moralia* ut aliorum Graecorum nominis claritate excellentium ita Hermetis sententias tradit. Sunt triginta novem voces ad vitam moresque atque officia spectantes eaedemque maxima ex parte tam breviter quam graviter atque acute dictae;

---

[1] Exstat طاطى, alias invenitur طاط; atque ita quidem recte scribitur, illa autem scriptio e graeco *Τάτιος* fluxit quod ex errore librariorum latinorum originem duxisse videtur pro alieno illo Tat ipsorum Tatium substituentium; v. Bernaysium l. l. p. 501—502.

[2] Ill. de Sacy *Notices et Extraits* IV. p. 113 de libro quem Barhebraeus spectaverit *cet ouvrage* ait *est vraisemblablement celui que nous avons en Grec sous le titre de Ἑρμοῦ τοῦ τρισμεγίστου Ποιμάνδρης.* Quae opinio utique in errore est. Etenim scripta illa quae nunc Poemandris nomine comprehendi solent aetate Barhebraei non confecerunt corpus. Sunt quattuordecim libelli, ut ita dicam, argumento, forma, origine vel maxime inter sese discrepantes, qui primum a Ficino in corpus redacti et nomine Poemandris insigniti sunt. In codd. mss. autem suam quisque inscriptionem fert et titulus Poemandris eius proprius est quem primo loco ponere solent: Fr. Patritius Nova de universis philosophia. Venet. 1593. Herm. Trismeg. fol. 3r, a; cf. Hilgersium l. l. p. 5—6. Accedit quod istis in libellis Tat non graviorem personam sustinet quam Asclepius; in eo autem qui iure Poemandres appellatur Tati ne nomen quidem occurrit. — In *τὰ πρὸς Τάτ*, quatenus quidem exstant, Barhebraei verba quam optime quadrant.

graeca quae feruntur Hermetis scripta non attingunt, immo complures inter proverbia arabica reperiuntur quum ab aliis tum a VV. Cl. Burckhardtio *(London 1830.)*, Fleischero (*Lpz. 1837.)*, Freytagio (Bonnae 1838—43.) edita[1].

Al-Shahrastânî quoque in libro cui titulus كتاب الملل والنحل — ed. Cureton I. p. 240—244 — حكم هرمس العظيم exhibet. Quae praecepta prorsus aliam speciem prae se ferunt quam sententiae quas Ḥonein Hermeti vindicat, ad graeca autem scripta Hermetica et ipsa nullo pacto propius accedunt[2].

Subiungam alia catalogis tantummodo nota. In libro Mubashshiri ben Fâtik كتاب مختار الحكم ومحاسن الكلم quo continetur *collectio acute dictorum, admonitionum et observationum lepidarum* Hermes gravem agit personam: Cat. bibl. Acad. Lugd.-Bat. III. p. 342[3]. Idem cadit in librum روضة الأفراح ونزهة الأرواح quae est *altera recensio aucta libri praecedentis* a Muḥammade Al-Shahrazûrio composita: ibidem III. p. 344. Denique teste Flügelio *Die arab., pers. u. türk. Hdschr. der Kais.-Königl. Hofbibliothek zu Wien.* III. p. 513 Vindobonae inter codd. arab., pers., turc. n. 1997 codex exstat collectanea complectens, in quo fol. 42ᵛ—55ʳ praecepta moralia proponuntur Hermeti, Muḥammadi, Luqmânio, aliis ascripta; quae quidem sententiae sine dubio de eis quos modo recensui libris depromptae sunt.

Haud desunt autem apud Arabes vestigia partium a Graecis Hermeti Trismegisto impositarum. Primum princeps est astrologiae, alchymiae, alius id genus superstitionis. Eius argumenti plurima apud Arabes foras data sunt scripta quae modo ipsa

---

[1] Exstant voces in manco Ḥoneinii operis codice Monacensi inter codd. arab. n. 651 fol. 134ʳ—138ᵛ, cuius loci exemplum mihi praesto fuit a V. Ill. Gildemeister confectum et solita comitate mihi commodatum. Alter isque integer libri codex asservatur in bibliotheca Escurialensi n. 756. De variis operis interpretationibus nuper disseruit Cl. Steinschneider in ann. *Jahrbuch für romanische und englische Literatur. Bd. XII* (*Lpz. 1872.)* p. 355 sqq.

[2] Quod iam monuit Cl. *Haarbrücker Abu-'l-Fath' Muh'ammad asch-Schahrastâni's Religionspartheien und Philosophenschulen a. d. Arab. übersetzt. Halle 1850—51.* II. p. 424.

[3] Interiora quaedam de Mubashshiri libro affert Cl. Steinschneider l. l. p. 359 sqq.

ab Hermete conscripta modo ex arcanis eius praeceptis nescio quo pacto compertis hausta esse finguntur[1]. Deinde in philosophia neoplatonica excellens exstitisse existimatur. Quid? quod in celeberrimo illo Al-Suhrawardii opere حكمة الاشراق inscripto Hermes inter maximos philosophiae quae vocatur *illuminationis*[2] (i. e. neoplatonicae) auctores et patronos refertur[3]? Atque ea quidem re illustratur quo pacto nostri libri auctor adduci potuerit, ut opusculum Hermeti tribueret.

Sed redeat disputatio unde deflexit. Falso nomine inscriptus liber prodiit; quaeritur quid de vera eius origine statuendum sit.

Externum, ut ita dicam, testimonium quo quaestio dissolvatur quantum comperi non exstat; quare ad interna quae vocant indicia omnia redeunt.

Iam primum constat lingua arabica librum primitus esse conscriptum. Coniecerit enim quispiam, eum e Graeco (seu intercedente interpretatione syriaca seu non intercedente) in Arabicum conversum esse. At vero de eiusmodi libro graeco

---

[1] Unus quantum scio istius generis libellus prelum subiit, Cairi a. 1864, apud Trübnerum *Americ. and Orient. literary record. n. 29.* p. 95[b] sic descriptus: *Naf'al bariyat* [نفع البريات], *called Kitab al Harf* [كتاب الحرف], *by the Sage Hermes; a treatise on the magical force of the letters of the alphabet. 8vo. pp. 52.*; nonnulla docte quidem, ut solet, at saepe minus accurate atque emendate disputavit Cl. Steinschneider in commentationibus *Zur pseudepigraph. Literatur des Mittelalters. Berlin 1862.* et *Ueber die Mondstationen (Naxatra) und das Buch Arcandam.* in ann. *Ztschr. d. D. M. G.* XVIII. p. 118—201 et XXV. p. 378—428; multa per catalogos bibliothecarum in aliquam vocata sunt lucem; alia solis commemorationibus scriptorum (e quibus prae ceteris Muḥammad ibn Isḥâq et Ḥâdschî Chalfa nominandi sunt, innotuerunt.

[2] De huius philosophiae nomine et natura post Nicollium Cat. bibl. Bodl. II, 2. p. 225 n. b. egregie disseruit Cl. Pusey ibidem A. et E. p. 532$_a$ sqq.; leviores quasdam quas in dubio reliquit quaestiones dissolvit scriptor Cat. bibl. Acad. Lugd.-Bat. III. p. 352; cf. etiam Cat. cod. mss. orient. qui in Museo Britann. asservantur. II. p. 209.

[3] v. Flügelium l. l. II. p. 599, quocum bene conveniunt ea quae in Cat. bibl. Acad. Lugd.-Bat. l. l. ex Al-Shîrâzii in Al-Suhrawardii opus commentario afferuntur.

nihil compertum est; in verbis autem arabicis versionis nulla cernuntur vestigia, immo varia occurrunt quae originem postulent orientalem et arabicam.

Ipse scriptor, utrum Muḥammadanus fuerit an Christianus an forte etiam Iudaeus, ambigitur. Reiske apud Fleischerum l. l. p. VI—VII inter diversas istas opiniones dubius fluctuat, postremo ad Hermetis Trismegisti partes sese applicat. Fleischer autem p. VIII in sententiam abit: *Der Inhalt spricht für einen mit Gnosticismus, Neuplatonismus, Manichaeismus oder überhaupt orientalischer Theosophie vertrauten Christen; Stil und Sprache bestätigen dies.* Iam sermo quidem habet quae Christiano magis convenire videantur quam Muḥammadano (veluti Muḥammadis nomen non invenitur, Qur'âni nulla fit mentio, alia); sed eadem prorsus quam quae in nostro libro exstat loquendi scribendive ratio in Muḥammadanorum scriptis modo argumenti sint philosophici saepius cernitur. Argumentum autem libri acerrime repugnat. Etenim tale quid quale non possit quin referatur ad Christianum per totum librum non reperitur. At multa occurrunt quae Christiano tribuere dubitaveris, multa desunt quae ut praetermitteret Christianus vix a se impetraverit. Haud scio an talis qualem Fleischer vult Christianus nonnullas dubitationes tollat, sed restant plurimae et gravissimae. Denique librorum biblicorum scriptor utique nullam habuit notitiam. Inveniuntur loci quibus in librorum biblicorum memoriam revoceris[1], sed et rarissimi sunt et tam leviter voces biblicas attingunt, ut quopiam pacto ex eis pendere censeri non possint. Iam vero et Veteris et Novi Testamenti libros in usum conferendi pro opusculi argumento scriptori saepissime occasio oblata, facultas facta, ansa data fuit[2]. E contrario in Arabem Muḥammadanis-

[1] ad cap. 3, 5—6 cf. Io. 15, 1 sqq.; ad cap. 2, 9. (5, 7.) 11, 6 cf. Prov. 1, 17. (6, 5.) 7, 23; ad cap. 5, 7 cf. Hos. 4, 11. Eccli. 19, 2; ad cap. 5, 8 cf. Prov. 23, 34; ad cap. 7, 8 (1, 3) cf. Rom. 1, 20; ad cap. 11, 12 cf. Eccli. 7, 1—2.

[2] Ad christianam libri originem probandam forsitan ad Abulbarakâti testimonium provocaveris, qui auctore I. S. Assemani in operis supra laudati capite septimo quo *de scriptoribus ecclesiasticis* agit mentionem eius inferat. At ea ex re quominus argumenti quid petas prohiberis tenebris Abulbarakâti libro offusis; immo secundum verba quae Assemani exhibet Abulbarakât utique ad Hermetem auctorem librum retulit.

mum profitentem et graeca philosophia aliquo pacto imbutum argumentum libri prorsus quadrat. Imprimis ea quae cap. 6, 14 de matrimonio proponuntur quantopere a Christiano abhorrent, tantopere in Muḥammadanum cadunt. Quid autem? quod cap. 1, 7 et cap. 8, 6—8 aperta exstant vestigia theologiae muḥammadanae? Ita rebus constitutis haud dubito scriptorem postulare Muḥammadanum.

Patriam scriptoris in dubio pono. Fleischer l. l. p. VIII *Stil und Sprache* ait *deuten auf Aegypten hin.* Quae tamen sententia multum mihi habere videtur dubitationis. In stylo scriptoris quo pacto patriae eius vestigium cerni possit prorsus non video. Linguam autem quod attinet, ea tantummodo ad calculos vocari possunt quae tum quum liber prodiit alius terrae sermonis propria, ab alius usu aliena fuerunt. At vero neque aetas scriptoris, ut illico apparebit, extra dubium versatur et historia linguae arabicae eam quidem in partem in tenebris iacet[1]. Deinde eiusmodi sermonis proprietates in eis potissimum vocabulis positae sunt quibus res significantur quas quotidianus vitae usus fert, qualia vocabula in nostro libro pro singulari eius indole raro occurrunt. Denique codicibus adeo inter sese dissidentibus saepe quaeritur utrum quid a libri auctore an a nescio quo librario repetendum sit. — Maiore fortasse iure aegyptiacae libelli originis coniecturam ex eo ceperis quod et Hermeti attributus est et in Abulbarakâti (presbyteri Aegyptii) notitiam venit. Sed explorati quid omnino non habeo.

Paullo minus obscura est quaestio de scriptoris aetate.

---

[1] Reperiantur vocabula hodie apud Aegyptios more et usu recepta, licet vocem Aegyptiis peculiarem atque a Syrorum (ut alias terras praetermittam) consuetudine alienam e libello nostro affere nesciam. — Sane cap. 9, 7 بضائع *merces* legitur; at minus accurate Burckhardt *Arabic proverbs. London 1830.* p. 79 *In Syria* inquit *the term* رزق, *is used to express „merchandise“, which in Egypt is called* بضاعة, quia رزق, quidem (notione mercis) Syrorum proprium est, بضاعة autem testibus I. Berggren *Guide francais-arabe vulgaire. Upsal. 1844.* s. v. *marchandise* et R. P. Cuche *Dictionnaire arabe-francais. Beirouth 1862. s. v.* بضاعة non Aegyptiis tantummodo, sed etiam Syris usitatum est. — Sed hoc nihil ad rem: namque omnino non agitur usus hodiernus.

Praesto enim sunt tempora scriptorum qui, ut supra docui, librum cognitum habuerunt. Hâdschî Chalfa mortuus est a. Chr. 1658. Abulbarakât autem certe priore parte saeculi decimi quarti floruit[1]. Ibn Abî Useibiʿa denique obiit ineunte a. 1270. Aliquanto igitur ante scriptor vixit[2]. — Ex altera autem parte libellus post conscriptum opus illud encyclopaedicum prodiisse videtur, quo inclinante saeculo decimo Fratres qui vocantur Sinceri per omnes quas Arabes eo temporis colebant disciplinas praecepta Qurʾâni quae respuere nequiverunt et placita philosophorum graecorum quae omittere noluerunt iungere, conciliare, in unum corpus confundere conati sunt[3]. Eius enim operis

---

[1] Assemani apud Maium l. l. p. 242 Abulbarakâtum *nonagenarium* e vita excessisse dicit a. martyrum 1079. Qui annus est a. Christi (non 1365, ut Assemani annotat, sed) 1362—63. Quocum satis convenit, quod ibidem p. 242 et 243 librorum Abulbarakâti exempla recensentur a. Chr. 1334 et 1333 exarata.

[2] Memoratu dignum est, inter apophthegmata quae Cl. Dillmann Chrest. aeth. Lips. 1866. p. 40 sqq. e libro aethiopico cui inscribitur *liber philosophorum* excerpsit duas voces inveniri quae eaedem in nostro libello occurrunt; v. infra ad cap. 5, 6 et ad cap. 12, 3. Iam *liber philosophorum* innititur sententiis ab Arabibus viris Graecis nominis claritate insignibus attributis. Sed quaeritur num ea quae aguntur dicta a nostri libri auctore primum edita nec potius aliunde hausta sint, ita ut certum libri vestigium non exstet.

[3] De tempore quo opus compositum sit disseruit Flügel in ann. *Zeitschr. der D. M. G.* XIII. p. 19 sqq. — De fine quem scriptores sibi proposuerint videndus est Steiner *Die Muʿtaziliten. Lpz. 1865.* p. 7 sqq. — Textus operis 51 commentationes complectentis arabicus nondum prelum subiit; maximam autem partem Cl. Dieterici e codd. mss. germanice vertit, cuius scripta, utpote quae infra saepissime laudaturus sim, nostro loco semel congerere placet. Commentationes 1—6: *Die Propaedeutik der Araber im zehnten Jahrhundert. Berl. 1865.* — praeterea de comment. 1. et 2. disputavit in *Ztschr. d. D. M. G.* XVIII. p. 691 sqq. —; comment. 7—13: *Die Logik und Psychologie. Lpz. 1868*; comment. 14—21: *Die Naturanschauung und Naturphilosophie. Berl. 1861 (Posen 1864)*; appendix comment. 21: *Der Streit zwischen Mensch und Thier. Berl. 1858* — arabica eius fabulae verba typis mandata sunt Calcuttae 1812 et 1842 —; comment. 22—30: *Die Anthropologie. Lpz. 1871;* comment. 31—40: *Die Lehre von der Weltseele. Lpz. 1872* — comment. 31—33 iam antea

scriptorem notitiam habuisse vel proxime ab explorato abest[1]. Namque illius commentationes inter et nostrum librum maxima intercedit similitudo et necessitudo. Aliud quidem utrimque agitur; at eadem prorsus est philosophandi, ut ita dicam, ratio ab eis quae in cognitione versantur exordium capiens atque eis quae in vitae usum cadunt finem faciens[2]. Porro paene omnia quae in nostro libro in medium proferuntur placita in illis quoque commentationibus inveniuntur; immo nonnullis locis non solum sententiae sed etiam verba inter se conveniunt[3]. — De intervallo autem inter istos quasi terminos quosdam interposito anceps fluctuo neque quidquam habeo quo accuratius scriptoris aetatem finiam nisi coniecturam supra de exemplari codicis R. allatam, quae si verum tenet, libellus utique multo ante tempora Ibn Abî Useibiʿa compositus est.

Postremo quaeritur cui sit liber usui. Apud Arabes, si quidem ex exemplorum quae in bibliothecis nostris inveniuntur frequentia et ex ampla omnis generis lectionum varietate coniecturari licet, studiose lectitatus et perquam utilis habitus fuisse videtur. Hodie sane aliud ferendum est iudicium. At vero ut unumquodque antiquitatis documentum qualecunque est, si historiarum cognitionem spectas, aliquem praebet fructum, ita noster libellus initiis, ut videtur, Arabum philosophiae aliquam lucem affert imprimisque Platonismum apud Arabes accuratius cognitum et latius diffusum fuisse ostendit quam vulgo arbitrari solent.

---

transtulerat in *Ztschr. d. D. M. G.* XV. p. 586 sqq. —. Doleo quod comment. 41—51, quae pro argumento quod exhibet Dieterici *Der Streit zwischen Mensch und Thier.* p. 233 sqq. maximum suppeditassent usum, consulere non potuerim.

[1] Ipsi Fratum Sincerorum societati eum addictum fuisse variis ex causis, a veri similitudine alienum est.

[2] cf. Dietericium *Der Streit zw. M. u. Th.* p. 238.

[3] Infra in annotatonibus eorum quae dixi argumenta exhibebo.

بسم الاله ضابط الكلّ[1]

نبتدى بمعونة الربّ سبحانه نكتب رسالة هرمس الحكيم الفاضل[2] معاتبة[3] النفس ورجوعها عن الامور السفليّة وحضّها على طلب ما يلائمها ويشاكلها من الامور العلويّة وقسرها عمّا يؤذيها ويوقفها وحضّها على ما فيه استقامتها وصلاحها واوضح الدلائل والبراهين على ما شرحه من ذلك ولم يقتصر على تفسير[4] المعنى بل اغرق فى كشفه لكلّ احد بغير قصد تفشير[5] ولا تنميق لفظ بل بما[6] يقوم

[1] ita R., L. بسم الاب والابن والروح القدس; in W. tota haec praefatio non invenitur; [2] ita R. et P., L. هرمس المثلّث بالحكمة, H. post سبحانه pergit بنقل رسايل ارسطاطليس الحكيم الفاضل ويدعا كتاب زجر النفس; [3] P. فى معاتبة; [4] post تفسير R. et L. interiiciunt ستر (utique ex altera parte vocabuli praecedentis exortum, Fleischer سرّ); [5] codd. (R., L., H.) تفسير, emendavit Fleischer; [6] H. ما sine ب.

Nomine Dei rerum universitatis conservatoris.

Iuvante Domino laudibus celebrando scribere incipimus commentationem Hermetis, philosophi praestantissmi, qua anima castigatur, a rebus inferioribus revocatur atque ad res superiores quae ei conveniunt et congruunt appetendas incitatur, ab eis quae nocent ei et detinent eam abstinere cogitur atque ad ea incitatur in quibus rectus et bonus eius status positus est; quam explicationem scriptor claris argumentis et certis rationibus confirmavit neque interpretando rem explanasse satis habuit, sed unicuique omnino detexit, non inanem copiam verborum quaerens aut putidam orationis elegantiam, immo talia

في العقل والافكار ويقبله كلّ ذى لبّ صحيح ان كان ذلك ممّا يردع عن الانحطاط فى شغب هذه الدنيا الفانية والتمسّك بحبال غرورها ويرشد الى عمل الخير ويحضّ على الاكثار منه وما يقرب[1] من خالقها ويلزف لديه ويشكر[2] نعمته التى لا تزول ولا انقضاء[3] لمدّتها نفع اللّه قارئه والهمه طاعته ووفّقه لمرضاته بمنّه وخفىّ لطفه والشكر للّه كثيرا مستمرّا[4]

[1] H. post يقرب addit به; [2] H. فنشكر; [3] R. انقضى;
[4] H. pro مستمرّا .... وخفىّ exhibet وكرمًا عظيما منه.

proponens qualia rationi et cogitationi probantur omnique quicunque sana utitur mente accipiuntur. Etenim eiusmodi expositione anima retinetur, ne in tumultum harum rerum caducarum delabatur et fallacibus earum laqueis capiatur, nec non ad exercitationem boni perducitur incitaturque ut diligenter ad eam incumbat atque eis rebus operam det, quibus ad eum qui creavit ipsam propius propiusque accedat et arctius arctiusque cum eo coniungatur simulque pro liberalitate eius perpetua neque ullis finibus circumscripta gratiam referat. Deus lecturum fructu augeat, obedientia ipsius imbuat atque ad assequendam benevolentiam ipsius adiuvet qua est beneficentia et occulta benignitate. Ipsi gratiae agantur multae et diuturnae!

بسم اللّه لخالق لحىّ الناطق[1]

اوّل الرسالة[2]

الفصل الاوّل

١ يا نفس[3] تصوّرى وتمثّلى ما انا مورده لك من المعانى العقليّة الموجودة وجودا دائما فما تصوّرتيه فقد عقلتيه واقتنيتيه وتيقّنتيه كتيقّنك انّ لحىّ جنس لنوع[4] الانسان وانّ المتنفّس جنس لنوع لحىّ وانّ لجسم جنس لنوع المتنفّس وانّ لجوهر الاقصى[5] جنس لنوع[4] لجسم وكتيقّنك ايضا انّ المستوى[6] غير المعوجّ وانّ الكلّ

[1] W. بسم اللّه الرحمن الرحيم; [2] W. كتاب معاذلة النفس قال افلاطون وهو اربعة عشر فصلا; [3] W. exorditur لافلاطون قدّس اللّه روحه العزيز فى مخاطبته لنفسه يا نفس; [4] W. انواع; [5] verba جنس لنوع لحىّ ...... لجوهر الاقصى in W. desunt; [6] W. المتعين.

Nomine Dei ereantis, vivi, loquentis.

Commentationis initium.

Caput primum.

Species illas sola ratione contemplandas et perpetua utentes 1
exsistentia quas tibi propositurus sum, o anima, cogitatione tibi informes et effingas. Etenim quae cogitatione tibi informas, ea intelligis ac tui propria facis et tibi persuades, veluti persuasum tibi est, id quod vitae particeps est genus esse speciei hominis, animantem genus speciei eius quod vitae particeps est, corpus genus speciei animantis, substantiam latissima vocabuli vi genus speciei corporis; veluti porro persuasum tibi est, aliud esse rectum aliud curvum, totum maius esse parte,

اعظم من الجزء وانّ الماء يروى من العطش وانّه بارد رطب بالطبع
وانّ النار تحرق وتضىء وانّها حارّة يابسة بالطبع[1] وكسائر ما قد
عقلتيه وشاهدتيه[2] فى عالم العقل وعالم الحسّ وما خفى عليك يا نفس ٢
ممّا انا مبيّنه لك فاستعملى فيه التمثّل[3] العقلىّ المقتن[4] الصحيح
البرىء من الاختلاط والاختلاف فانّه يدلّك ظاهر[5] ما شاهدتيه على[6]
باطن ما غاب عنك كما استدلّ الناظر الى الصورة الممثّلة فى الحائط
على وجود المصوّر لتلك الصورة وكما استدلّ بما عاين من حركات
يده على سرائر تخطيطها وتشكيلها[7] على[8] لطائف ما كان قائما فى
فكره ونفسه وفى جملة ذلك يا نفس فانّه قد يستعمل التمثيل على ٣
سائر الاشياء بالآثار[9] الموجودة عند غيبة المؤثّرين لها وقد يستعمل

[1] verba بالطبع ..... وانّ النار in R. et L. desiderantur; [2] R. et L. addunt وشافهتيه; [3] R. et L. التمسّك; [4] W. المتنفس; [5] W. على ظاهر (num عن ظاهر?); [6] W. وعن; [7] وتشكيلها R. et L. omittunt; [8] ita codd.; Fleischer وعلى; [9] pro الاشياء بالآثار R. et L. الآثار.

aquam explere atque exstinguere sitim et natura frigidam esse et humidam, ignem res incendere, lucem effundere, natura calidum esse et aridum; veluti denique omnia quaecunque in mundo
2 rationis intellexisti et in mundo sensus coram spectasti. Quod si ex eis quae tibi expositurus sum, o anima, aliquid obscurius tibi est, facultatem ratione rerum effingendarum ei adhibeas strenuam, sanam, confusione et inconstantia vacuam. Externis enim quae coram spectas ad cognitionem interiorum quae te latent perduceris, quemadmodum is qui imaginem intuetur in pariete pictam ad cognoscendam exsistentiam imaginis pictoris, eoque quod motibus pictoris manus creatum est ipsi ante oculos posito ad cognoscendas occultas imaginis adumbrandae et describendae rationes perducitur, respondentes speciebus quae pictoris
3 cogitationi animoque obversatae sunt. Etenim in universum, o anima, omnium rerum auctores, si ipsi latent, oblatis operi-

التمثيل[1] له فى الاعتبار والتعجّب ممّا[2] قد ورد ممّا[3] هو وارد لا
محالة لا[4] بضروب الامثال على غائب الاشياء وشاهدها فاستعملى يا
٤ نفس التصوّر والتمثّل فى سائر الاشياء الموجودة عقلا وحسّا واعلمى
انّ الشىء الذاتىّ بالحقيقة الاصلىّ التامّ النورىّ هو المفيد للحكم
اللطيفة والتمييزات الشريفة وللحياة الدائمة وسائر الاشياء التى هى
جزئيّات له لا اجزاء وهو كلّىّ لها لا كلّ فاعتبرى ذلك يا نفس وتيقّظى
واحذرى الغفلة والتوانى واستعملى التهذّب[5] من اوساخ الطبيعة
واستعينى على ذلك بالخضوع والرغبة والانتهاء[6] الى ينبوع الخير
ومظهره واصل العقل ومبدعه[7] ومفيد للحياة وللحكمة وللجود التامّ
والرحمة تحيى[8] بذلك يا نفس وتسعدى ٠

[1] W. التمثّل; [2] W. لما; [3] W. ولما; [4] لا W. om.;
[5] post التهذّب W. interiicit (تجدين؟) والحذر فيما يجرى;.
[6] والانتهاء R. et L. omittunt, W. exhibet والابنها; [7] W. addit
من ذاته; [8] W. يخطى (l. تحظى).

bus eorum cogitatione effingi possunt nec non ipse rerum uni-
versitatis auctor effingi potest in contemplatione et admiratione
rerum quae ex eis quae fati necessitate prodeunt iamiam pro-
dierunt, non proponendis similitudinibus de rebus abditis et
rebus promptis. Itaque cuncta, o anima, quae vel ratione in-
telliguntur vel sensibus cernuntur cogitatione tibi informes atque
effingas. Scias autem, ens vere substantiale, principale, perfectum, 4
lucidumque ipsum largiri scientiam interioris rerum naturae, sub-
tiliorum distinctionum, vitae perpetuae, denique universarum re-
rum quae ab ipso particulares sunt, non partes, aeque atque
ipsum ab illis universale est, non totum. Quod consideres, o
anima, et bene attendas et a naturae sordibus te liberes, cuius
rei causa animum demittas studioque et desiderio afficias ad
eum perveniendi qui est fons et parens boni, radix et auctor
rationis, dator vitae et sapientiae, perfecta bonitas et miseri-
cordia, ut vitae particeps fias, o anima, felixque ac beata.

يا نفس انّ مبدع الاشياء ومبدئها ومنشئها جلّ جلاله وتقدّست ٥
اسماءه ابدعك وجعلك ذات التصوّر والتمثّل فامّا التصوّر فتصوّرك
الشيء على حقيقة ما ابدعه مبدعه وامّا التمثّل فتمثّلك ما خفى
عنك معناه من عالم العقل بما شاهدتيه فى عالم الحسّ مثلا بمثل
ومعنى بمعنى كما ان تدلّ ذات[1] الصورة المطبوعة فى الشمع على
معناها وحقيقتها[2] فى الطابع وكما تدلّ الصورة الممثّلة فى الطابع
على معنى حقيقتها فى نفس ممثّلها ومصوّرها وكما يؤثّر الماء فى
الرمل والطين معانى حركاته وتموّجه فاكتفى منّى يا نفس بحقيقة ٦
ما قد اوردته لك واعلمى انّ جميع ما انت مشاهدة له فى عالم
الكون والفساد من الصور والصنائع[3] انّما هى تمثيلات وتشكيلات

[1] pro تدلّ ذات R. et L. ذلك, Fleischer تدلّك; [2] pro معناها وحقيقتها R. et L. simpliciter حقيقتها; [3] W. وطبع (l. وصنع).

5 Auctor rerum universitatis ac creator conditorque — qui vel maxime augustus et cuius nomina sancta! — te, o anima, ex nihilo creavit et facultatibns instruxit cogitatione rerum informandarum et effingendarum. Atque informas quidem res secundum ipsam veritatem earum a creatore creatam, effingis autem res ad mundum rationis pertinentes, quarum ipsa species te latet, ex eis quae in mundo sensus coram spectas: simile ex simili, speciem ex specie; quemadmodum ratione imaginis in cera impressae ad cognoscendam speciem et veritatem eius in instrumento quo impressa est, imagine autem isto in instrumento picta ad cognoscendam speciem veritatis eius in anima pictoris et fictoris eius perduceris, quemadmodum porro aqua in arena et
6 limo species motuum et fluctuum suorum relinquit. Itaque credas mihi, o anima, ea quae tibi proposui vera esse sciasque cunctas quas in mundo exsistendi atque intereundi coram spectas formas et imagines nihil esse nisi simulacra atque effigies specierum quae

معان هى فى عالم العقل بالحقيقة غير زائلة ولا بائدة وما[1] فى العالم الروحانىّ فملاحظته[2] بالمشاهدة العقليّة فيجب على كلّ روحانىّ وجسمانىّ عند بلوغه الكون الجزءىّ[3] ان يتيقّن بالعقل انّه حقيقة غير زائلة[4] وانّما[5] يصوّر[6] بالعقل[7] ذاته لذاته[8] فى الهيولى ثمّ ينظر بذاته الى معانى ذاته وصورها[9] فيلتذّ بذلك عجبا[10] منه بذاته ان اللذّة العقليّة هى ممّا يناله بالعقل[7] من ذاته بذاته لا بشىء خارج عنه ولا بعرض عارض[11] بل من ذاته لذاته وهذه هى اللذّة الحقّ الدائمة الابديّة٥

[1] W. مما; [2] exhibet W. فلا عطيه, ceterum etiam فملاحظته minus placet; [3] pro الكون الجزءىّ W. (vel الجهى) الدور الجرى; [4] verba وما فى العالم الروحانىّ .... حقيقة غير زائلة in R. et L. non inveniuntur; [5] W. فعندها (?); [6] R. et L. تصور, W. يتصور; [7] R. et L. العقل; [8] لذاته W. om.; [9] W. وصورتها; [10] عجبا W. om.; [11] pro ولا بعرض عارض R. et L. ولا بعض خارج له.

in mundo rationis reapse exstant, aeternae neque unquam interiturae. Ea enim quae in mundo spirituali sunt (sola) rationis spectatione percipi possunt, quare omne quod animi naturae particeps simulque corpore praeditum est, si ad particularem exsistentiam pervenit, ratione sibi persuadeat necesse est, esse se veritatem nunquam interituram. Ratione igitur se ipsum sibi ipsi in materia effingit, exinde per se ipsum suas ipsius species et formas intuetur, quo fit ut studio sui ipsius capiatur eoque voluptate afficiatur. Rationalem enim voluptatem ratione percipit e se ipso de se ipso, non de re extra ipsum posita nec de accidenti quodam (ipsi) inhaerenti, immo e se ipso propter se ipsum, atque ea quidem est voluptas vera, perpetua, sempiterna.

يا نفس تيقّنى واقتنى[1] معرفة الاشياء بإثباتها[2] وماهيّتها[3] وتغفّلى[4] ٧
معرفة كيفيّتها[5] وكمّيّتها[6] لانّ المطلبين الأوّلين بسيطان ازليّان لا
وسيط بين النفس وبينهما وانّ المطلبين آلاخرين مركّبان مكانيّان
زمانيّان واعلمى يا نفس انّ علم عالم[9] التركيب لن ينفصل معك[7]
مجرّدا[8] محمولا فى[9] ذاتك عند مفارقتك الحسّ فخذى علم البسيط[10]
وذرى علم المركّب،

يا نفس هذا جرم الارض هو اثقل الاشياء كلّها وذلك لرسوبه ٨

[1] pro تيقّنى واقتنى R. et L. اقتنى; [2] R. et L. إنّياتها; [3] R. et L. وماهيّاتها; [4] R. et L. ولا تغفلى, quam lectionem Fleischer retinuit: *vernachlässige aber auch nicht (ganz)*; [5] verba وتغفّلى . كيفيّتها in W. desunt; [6] pro كيفيّتها وكمّيّتها R. et L. كمّيّاتها وكيفيّاتها; [7] W. عنك; [8] مجرّدا W. om.; [9] W. من; [10] pro البسيط W. البسيط عالم (sic) خر عالم.

7 Certam rerum notitiam tibi parere studeas, o anima, cognitione exsistentiae et essentiae earum, qualitatis autem et quantitatis earum notitiam negligas. Priores enim duae quaestiones simplices sunt atque aeternae neque quidquam animam inter et ipsas intercedit, posteriores compositae sunt locique et temporis finibus circumscriptae. Scias autem, o anima, nequaquam fore, ut scientia mundi rerum compositarum tete e mundo sensus excedentem comitetur, quasi (a rebus istis) seiuncta et tuae essentiae immixta sit et connexa[1]. Quare rerum simplicium scientiam arripias, rerum compositarum scientiam mittas.

8 Hoc terrae elementum, o anima, gravissimum est ex omni-

[1] Miror quod Ill. Fleischer in contrariam versionem abiit et verbis et contextui repugnantem: *Wisse aber, o Seele, dass die Erkenntniss des Zusammengesetzten, als etwas in dein Wesen eingeführtes Stoffloses* [?], *auch dann, wenn du die Sinnenwelt verlassen wirst, unzertrennlich mit dir verbunden bleiben wird,*

تحت سائر الاشياء وطفو سائر الاشياء كلّها عليه فلذلك صار هذا
الجرم فى الغاية القصوى فى[1] الكثافة والجلافة والانحصار والكزازة[2] وعدم
النور والحياة ثمّ يتلوا[3] هذا الجرم من الاشياء جرم الماء وهو الطف
من الارض واصفى واشرف وانور واقرب الى الحياة ثمّ يتلوا[3] جرم
الماء جرم الهوى وهو الطف من الماء[4] ثمّ جرم النار الذى هو
٩ الطف العناصر الاربعة واشرفها واشدّها نورا ثمّ يتلوا[3] جرم النار
جرم الفلك الذى هو صفو ما تحته والمخصوص بالشرف على سائر
الاجرام للطافته واخفافه[5] وشدّة انواره وحسن نظامه[6] وترتيبه

[1] R. et L. من; [2] W. والانحصار والكزازة, *R. hat zu* والجلافة *am Rande von derselben Hand* والكزازة *mit* نسخه *darüber; im Texte aber steht dieses Wort erst nach* والانحصار; L. والكزازه والانحصار; [3] R. et L. يتلو; [4] verba وهو الطف من الماء in R. et L. omittuntur, W. post الماء addit وهو (cui scriptioni alterum adiectivum subesse videtur: واشرف ?); [5] R. et L. واشفافه, Fleischer واشفافه: *wegen .. seiner Durchsichtigkeit*; [6] verba واخفافه ... نظامه in W. desiderantur.

bus rebus, atque ideo quidem, quod infra ceteras res resedit eaeque omnes supra ipsum sublatae sunt; quam ob rem istud elementum vel maxime crassum est, spissum, confertum, rigidum, luce et vita destitutum. Hoc elementum ex rerum ordine subsequitur elementum aquae quod terra subtilius est, purius, praestantius, lucidius, vitae propinquius. Aquae elementum subsequitur elementum aeris quod aqua subtilius est, deinceps elementum ignis quod ex quattuor rerum principiis subtilissimum est, praestantissimum, lucidissimum. Ignis elementum sub- 9
sequitur elementum orbis coelestis qui purissimas rerum infra ipsum positarum partes continet et prae ceteris elementis singulari quadam insignitus est praestantia, quia vel maxime subtilis est, levis, luce affluens, pulchre constitutus et compositus,

وقربه من الحياة ومجاورته الاشياء الشريفة[1] العاقلة وانّه متشكّل بسيّد الاشكال واتمّها واصحّها الذى هو الشكل الكرىّ المدوّر وانّ سائر ما يحتوى عليه متشكّل بشكله كرة دون كرة على الترتيب الذى هدى[2] الى كرة الارض ثمّ التالى لجرم الفلك الذى هو اقصى الاجرام كلّها هو[3] جوهر النفس المعطية الافلاك الحركة النظاميّة والانوار الصافية الشريفة التى هى الطف ممّا احاطت به من الاشياء[4] واحتوت[5] عليه وذلك انّ سائر ما[6] تحتوى عليه اجسام واجرام وهى لا جسم البتّة وانّ سائر الاشياء ممّا دونها لا حياة له الّا بها وانّها[7] ذات الفكر والارادة والتمييز فما واصلته اظهرت فيه معانى

[1] post الشريفة W. interponit الحسية (num الخفيّة?); [2] verba الذى هدى in R. et L. desunt; [3] هو R. et L. omittunt, W. praebet وهو; [4] pro الاشياء ... ممّا R. et L. من سائر الاشياء; [5] W. واجتورت; [6] pro ما R. et L. الاشياء ما, Fleischer الاشياء ممّا; [7] وانّها in R. et L. deest, W. exhibet وبها.

vitae propinquus, rebus praestantibus et rationis participibus vicinitate coniunctus, quia porro figura praeditus est omnium figurarum maxime eximia, perfectissima, concinnissima, figura scilicet globosa, quia denique universae res quas complectitur eadem figura indutae sunt: globus infra globum ex ordine usque ad globum terrae. Orbis coelestis elementum quod omnium elementorum extremum est subsequitur substantia animae quae orbibus coelestibus ordinatum motum largitur luminaque pura et praestantia, eademque omnibus rebus quas comprehendit et complectitur subtilior est, atque ideo quidem, quod universae res quas complectitur corpora sunt atque elementa, ipsa autem corpore omnino vacat, similiterque universae res infra ipsam collocatae non nisi per ipsam vitae participes fieri possunt, ipsa autem cogitatione, voluntate, iudicio pollet atque in omnibus rebus quibuscum coniungitur, quatenus quidem capaces sunt, suas

ذاته على حقيقة قبوله فصار حيّا وما لم تواصله لم يوجد له فكر ولا
ارادة ولا حركة ولا تمييز وما فقد شيئًا من هذه الاشياء فهو ميّت
١١ لا محالة والشىء التالى لجوهر النفس والعالى عليها والمحيط بها[1] هو
العقل وبحقّ هو الطف الموجودات واشرفها واعلاها منزلة وانّه
المرتّب تحت الافق[2] الازلىّ تبارك وتعالى والآخذ عنه بغير وسيط
والمفيد جميع ما تحته الشرف والنور والحياة وانّه الترجمان الاعظم
والحاجب الاقرب فتأمّلى يا نفس هذا الترتيب وتيقّنيه واعتقديه
فانّه هيئة الموجودات ونظامها وترتيبها[3]،

[1] pro والعالى . . بها R. et L. والحاوى له; [2] pro المرتّب
تحت الافق W. vel maxime confuse: الموجود والموثر تحت الافق
الازلى وانه تحت المربت نحو الافق الازلى والمتصل به; [3] W. addit
ويوجدها (?).

ipsius proprietates profert, quo fit ut vitam consequantur; eae autem res quibuscum non coniungitur cogitatione, voluntate, motu, iudicio prorsus destitutae sunt, iam vero res quae aliqua ista-
rum proprietatum caret utique vitae expers est. Animae sub- 11
stantiam denique subsequitur eamque altitudine superat et comprehendit ratio quae profecto omnium quaecunque reperiuntur rerum subtilissima est, praestantissimaque atque altissimo loco posita, solo supremo illo numine aeterno sanctissimo atque excelsissimo inferior ab eoque nemine intercedente accipiens et omnibus quae infra ipsam collocata sunt praestantiam, lucem, vitam largiens, summus interpres, cubicularius proximus. Hunc igitur ordinem contempleris, o anima, eumque persuadeas tibi et firmiter credas; ea enim est rerum constitutio, dispositio, ordo.

الفصل الثانى

يا نفس لا تذمّى الدنيا وتقولى هى دار خديعة وغرور فانّها ١
ليست كذلك الّا عند ذوى العقول الناقصة ومن يعرض له الجهل
والنسيان ولو كانت دار خديعة بالحقيقة لكان الانسان منذ يوم
ظهوره فيها الى وقت خروجه منها لا يصيبه[1] منها الّا نعيم ولذّات
وسرور ثمّ يأتيه المساءة[2] حينئذ بغتة فتزيله[3] عن ذلك النعيم
وتستحيل به عمّا[4] كان فيه الى خلاف ذلك وليس الامر فيها كذلك ٢
بل انّما يرى الانسان ينشأ[5] فى هذه الدنيا ويتربّا باحوال مختلفة
لا نظام لها فيوما محزونا ويوما مسرورا ويوما متلذّذا ويوما متوجّعا

[1] pro يصيبه R. et L. شىء فيه; [2] W. المشاة, R. et L. المساء; [3] R. et L. فيزيله, perinde in eis quae subsequuntur ويستحيل; [4] R. et L. ما; [5] R. et L. ينشوا.

Caput secundum.

1 Cave, o anima, hunc mundum vituperes eumque fallaciae et fraudis domicilium esse dicas; neque enim cuiquam talis esse videtur nisi eis qui rationis sunt imperfectae eisve quibus accidit, ut in stultitiám et oblivionem labantur. Si revera fallaciae domicilium esset, homo ex quo die in eum prodit usque dum ex eo excedit nihil nisi vitae commoditatem, voluptates gaudiaque ab eo auferret, exinde vero subito et repente malis opprimeretur, quibus commoditate illa et iucunditate vitae expellatur atque ex eo quo antehac usus est rerum statu in con-
2 trarium deiiciatur. Ita autem res huius mundi non constitutae sunt, immo hominem in eo crescere atque adolescere videmus conditionibus utentem inter sese contrariis quae nulla lege alia aliam excipiunt, ita ut modo tristis sit modo laetus, modo voluptatibus fruatur modo corporis et animi dolores patiatur.

متألّما[1] والشىء اذا اظهر لك جميع ما فى طبعه فقد نصحك
وانّما المخادع من كان فى طبعه الخير والشرّ فاظهر لك الخير وابطن
لك[2] الشرّ لوقت الفرصة والمكنة منك وليس احد نال من هذه
٣ الدنيا فرصة الّا واعقبه ذلك غصّة وألما وليس هذا شرط المخادعة
من قبل الدنيا وانّما المخادعة من قبل الانسان نفسه[3] وذلك انّ
الانسان الناقص هو المخادع نفسه والمهلك لها لا الدنيا لانّ الدنيا
قد اظهرت له جميع ما فى طبعها من نعيم وبؤس فاغتبط الانسان
الضعيف العقل بنعيمها واعتقده دائما ونسى بؤسها واهمله ثمّ
يقول. خدعتنى الدنيا وأىّ خداع خدعته الدنيا وانّما هو
المخادع[4] نفسه والمهلك لها،

[1] W. متوّلمًا, R. et L. متألّما متوجّعا; [2] pro وابطن لك R. et L. وابطل; [3] W. لنفسه (l. بنفسه); [4] R. et L. الخادع.

Iam vero si quid cuncta quae in natura eius. posita sunt ante
oculos tibi collocat, sincerum se tibi praestat; fallere studet
is, qui quum in natura eius et bona et mala posita sint, bona
quidem ostendit tibi, mala autem te celat usque dum occasio-
nem reperiat et potestatem tui nanciscatur. At nemo unquam
ab hoc mundo boni quid abstulit, quin angores et dolores ex
eo percepisset: qua quidem ex re non est quod efficias, fallen- 3
di studium ab hoc mundo proficisci; verum enim vero ab ho-
mine ipso proficiscitur. Homo enim parum prudens ipse se fallit
et perdit, non mundus, quia quum mundus cuncta quae in na-
tura eius posita sunt, et commoda et incommoda, ei ante ocu-
los collocasset, ipse qua est mentis imbecillitate in commodis
a mundo praebitis felicitatem posuit eaque perpetua fore cre-
didit, incommoda autem a mundo exspectanda oblitus est et
neglexit. Nihilominus vero postea mundum ipsum fefellisse di-
cit; at quonam pacto mundus eum fefellit? immo vero ipse
fefellit sese et perdidit.

يا نفس لا تكونى[1] فى اخلاقك فى هذه الدنيا كاخلاق الصبىّ ۴
الذى لا عقل له إن أُطعم ورفق به ضحك ورضى وان شدّد عليه
بكا وغضب فهو بينما يكون ضاحكا حتّى يكون باكيا وبينما
يكون راضيا حتّى يكون غضبانا وليست هذه اخلاق العقل
الوحيدة[2] بل اخلاق مختلفة[3] مذمومة،

يا نفس انّما رتّبت الدنيا على هذه المعانى المختلفة التى هى ٥
خير وشرّ ونعيم وبؤس وشدّة ورخاء ومثالات تعمل[4] تنبيها للنفس
وإيقاظا لها عليها فتكتسب بذلك العقل المضىء النيّر[5] والعلم التامّ
الذى هو الحكمة والمعرفة بحقائق الاشياء وانّما وردت اليها النفس

[1] R. تكونين, Fleischer تكوننّ; [2] pro العقل الوحيدة R. et L. رضيّة; [3] R. et L. مشتركة; [4] verba ومثالات تعمل in W. casu quodam inter verba quae sequuntur لها et عليها interposita sunt; [5] R. et L. المنير.

4 Noli, o anima, ratione qua adversus hunc mundum uteris[1] eius rationis similitudinem referre qua utitur puer nullius consilii; qui si cibatur et lenius accipitur ridet et hilaris est, sin severius adhibetur plorat et tristis est, atque ita quidem, ut dum ridet etiam plorare, dum hilaris est etiam tristis esse incipiat; quae quidem non est ratio sibi constans qualis menti convenit, immo ratio sibi ipsa repugnans et vituperanda.

5 Ita, o anima, hic mundus constitutus est, ut contraria ista quae sunt bonum et malum, commodum et incommodum, res adversae et res secundae, simul complectatur nec non simulacra contineat quibus efficitur ut anima excitetur atque ad se ipsam convertatur, quo rationem sibi pariat splendidam ac lucidam et scientiam perfectam, quae quidem est sapientia et notitia verae rerum naturae. Anima autem ideo in eum de-

[1] Fleischer: *hinsichtlich deiner Handlungsweise in dieser Welt.*

لتعلم وتختبر وهى مثل[1] من ورد الى محلّ من المحالّ ليعلمه
ويختبر حاله ثمّ ترك[2] العلم والبحث والاختبار ونشاغل بالتنعّم
٦ والتلذّذ فغد[3] ضيّع مطلبه ونسى اربه الذى قصد له[4] وانّما
شرحت لك يا نفس هذا الشرح لئلّا تكونى فى رتبة الذامّين للدنيا
عند ردّهم لها والمادحين لها عند رضاهم عنها وليس هم بالحقيقة
لا ذامّين ولا مادحين بل هم تائهون ضالّون قد اضاعوا طلبهم
ونسوا اربهم وذهب استعمالهم آلاتهم[5] باطلا خابرين[6] غير متحقّقين
لعلم[7] ولا مكتسبين لقنية[8]،

٧ يا نفس انّما هذه الدنيا دار علم وبحث واختبار للمتأمّلين

[1] verba وهى مثل R. et L. omittunt, addidit Fleischer; [2] ita R. et L., W. post النفس obscure et corrupte pergit فانه لتعلم ما دانجسها ويروبها وتخير (vel تخبر) حال من ترك قد; [4] W. addit وخلق لاجله; [5] W. لذاذهم (l. أداتهم); [6] W. جابرين, R. حارجا, L. خارجا, Fleischer خادجا; [7] R. et L. بعلم; [8] pro لقنية W. منها خيرًا.

scendit, ut discat atque experiatur; at eius similitudinem gerit qui in locum quendam venit ut eum cognoscat et statum eius experiatur, exinde vero discere, inquirere, experiri mittit et commoditatibus ac voluptatibus sectandis abstrahitur, ita ut id quod appetiverat non assequatur et quod intenderat obliviscatur. Quae ideo explicui tibi, o anima, ut ne eorum in 6
gradu consisteres qui hunc mundum quum aegre eum ferunt vituperant, quum facile ferunt laudant, revera autem nec vituperantes sunt nec laudantes, immo errantes ac vagantes, qui id quod ipsis appetendum erat non assecuti et quod intendendum obliti sunt sensuumque suorum instrumenta frustra adhibuerunt, quum rebus experiendis operam quidem navaverint, at certam quandam scientiam non consecuti sint neque ullum animi bonum sibi pepererint.

Hic mundus, o anima, eis qui contemplantur domicilium 7

فتأمّلى يا نفس جميع معانيها وصورها وصنعها وتشكيلاتها المحسوسة السائلة الزائلة البائدة الاعراض والاشخاص[1] واعلمى انّها انّما هى مثالات الصور الخفيّة والتشكيلات الحقيقيّة الدائمة الابديّة وبالجملة يا نفس فانّه ليس فى عالم العقل نوع الّا وشكله ظاهر فى كيان[2] جريان الطبيعة وكذلك كلّ ما هو موجود فى عالم الكون انّما هو انواع[3] ومثالات فلذّاته[4] الكاذبة الزائلة تدلّ[5] على اللذّات الصادقة الدائمة وصوره[6] المنحلّة[7] السائلة الهالكة تدلّ على الصور[8] الباقية الثابتة وانّ اختلاف جميع ما فى الحسّ وزواله يدلّ على اتّفاق جميع ما فى العقل وبقائه وثباته،

[1] R. et L. simplicius الزائلة الاشخاص; [2] كيان in R. et L. deest; [3] R. et L. ذواع, Fleischer دواع (*Antriebe zu Höherem*); [4] W. باللذاذات (num legendum كاللذّات ?); [5] W. (sic) التى يدل; [6] W. والصورة; [7] W. المتخيلة; [8] W. الصورة.

est cognoscendi, inquirendi, experiendi. Contempleris igitur, o anima, cunctas quae in eo inveniuntur species, formas, imagines, effigiesque sensibus subiectas, fluxas, fugaces, quarum et accidentia et ipsa vis et natura caduca sunt; sciasque eas omnino nihil esse nisi simulacra formarum a sensibus remotarum et effigierum verarum, perpetuarum, sempiternarum. In summa enim, o anima, in mundo rationis nihil reperitur qualecunque est nisi cuius effigies inter ea quae rerum naturae cursu exsistunt (intereuntque) prodeat, aeque atque omnia quaecunque in mundo sensus inveniuntur nihil sunt nisi varia simulacra; ita ut voluptates eius mendaces et fugaces ad voluptates sinceras et perpetuas reiiciant, formae eius fragiles, fluxae, mortales ad formas stabiles et constantes, denique omnium quaecunque in mundo sensus sunt inter sese repugnantia et inconstantia ad omnium quaecunque in mundo rationis sunt convenientiam, stabilitatem, constantiam.

٨ فما دمت يا نفس فى عالم الطبيعة فلا تطلبى لذّة[1] ولا[2] تتشاغلى[3] بمحسوس عن العلم والتصوّر والتمثّل والبحث والاستكشاف[4] لجميع[5] ما قصدت له من مطالبك وآرابك[6] اتكتفى بالعودة والرجوع الى اكتساب العلم فاذا تشوّقت يا نفس الى اللذّات والسرور الدائم فانزعى لباسك الكدر[7] وتهذّبى من اوزار جسمك وتوقّى[8] من الاشياء المخالفة لجوهرك ثمّ صيرى الى عالم اللذّات الحقيقيّة والسرور الدائم والبسى حللك الذاتيّة وتصوّرى بصورك[9] الجوهريّة الدائمة الباقية التى كنت مشاهدة لتشكيلاتها ومثالات انواعها[10] وانت فى عالم الكون والفساد ❊

[1] ante لذّة interiiciunt R. منى, L. متى, Fleischer من (l. منه); [2] ولا in R. et L. desideratur; [3] R. et L. تنشا على, W. ينسا على; [4] W. والكشف; [5] codices بجميع; [6] W. واراتك, R. et L. واربك; [7] pro لباسك الكدر W. الكون; [8] R. et L. وتنقى; [9] W. صورك sine ب; [10] R. et L. ومثالاتها وانواعها.

Quamdiu igitur in mundo naturae es, o anima, noli voluptatem quandam quaerere vel ulla re sensibili adeo occupari, ut a cognoscendis, animo informandis et effingendis exquirendisque ac penitus perspiciendis omnibus illis rebus, quas intendis appetisque ac sectaris, avoceris, quo satis habeas ad solam scientiam pariendam omnia conferre studia. Quod si voluptates veras gaudiaque perpetua desideras, o anima, immundam vestem tuam ponas, corporis tui onera abiicias atque a rebus substantiae tuae repugnantibus caveas, exinde ad mundum voluptatum verarum et gaudiorum perpetuorum convertaris vestimentaque induas essentiae tuae respondentia et formis te circumdes substantiae tuae convenientibus, perpetuis, stabilibus, quarum effigies et singularum specierum simulacra, dum in mundo exsistendi atque intereundi es, coram spectabas. 8

فتيقّنى يا نفس جميع ما قد شرحته لك واعقليه واعلمى يا نفس ٩
انّ مهلكات الامور ثلثة اجناس اوّلها الشرك وسائر انواعه والظلم
وسائر انواعه والتلذّذ وسائر انواعه ولجميع هذه الاجناس وسائر
انواعها كلّها اصل واحد وهو حبّ الدنيا فتحرّزى يا نفس من
الدنيا وأعرضى عنها فانظرى اليها بعين الخائف الوجل وكوئى[1]
منها كالطائر الذى عرف الفخّ المنصوب وفطن له فانحرف عنه
وحذره واعلمى يا نفس انّ تحرّزك وهربك من جنس الشرك ١٠
يذهب بك الى مرتبة التوحيد وان تحرّزك من جنس الظلم يذهب
بك الى رتبة النور والصفاء والتهذيب والتمحيص[2] وانّ تحرّزك
من جنس التلذّذ يريحك من مقاسات الخوف والحزن والجهل والفقر

[1] W. كونى, R. et L. h. v. mittunt; [2] verba والتهذيب والتمحيص in R. et L. desunt.

9 Iam persuadeas tibi, o anima, cuncta quae tibi adhuc explicui atque intelligas ea sciasque, o anima, rerum (vere) perniciosarum tria esse genera: primum complurium deorum cultum universasque species eius, deinde iniustitiam universasque species eius, denique voluptatum cupiditatem universasque species eius. Cunctis autem generibus istis eorumque speciebus singulis universisque una est radix, quod quidem est studium rerum humanarum. A rebus humanis igitur, o anima, caveas easque refugias, quam ob causam timido et pavido vultu eas aspicias et recedas ab eis, avis instar quae quum positum laqueum cognoscat atque animadvertat, declinat eum et cavet.

10 Scias autem, o anima, fore, ut cautione et fuga omnis complurium deorum cultus ad gradum cultus dei unius et veri, cautione omnis iniustitiae ad gradum lucis, sinceritatis, puritatis, integritatis perducaris, cautione omnis voluptatum cupiditatis ab acerbitatibus timoris, tristitiae, inscientiae, egestatis li-

فتيقّنى يا نفس حقيقة هذه المعانى واعلمى صحّتها[1] تنجى[2] وتسلمى من الهلكة،

١١ يا نفس تأمّلى حكمة مبدع هذه الاشياء واعتبرى بها واعلمى انّ الانسان لم يخلق لمعنى من المعانى الّا للعلم والعمل به وكذلك الثمرة الطيّبة لم تخلق الّا[3] للأكل[4] فكما انّ العنقود العنب يبدوا وهو لا يصلح لشىء ممّا يراد له[5] ثمّ ترد اليه المادّة السائرة به الى حدّ الحموضة العذبة فيكون حينئذ يصلح لبعض ما يراد منه لا لكلّه ثمّ ترد اليه المادّة السائرة به الى حدّ الكمال فى جميع المعانى

١٢ التى لها يراد فيتكامل حينئذ وكذلك[6] الانسان المحسوس يبدوا الى عالمه وهو لا يصلح لشىء من المعانى التى تراد منه ثمّ

[1] pro صحّتها واعلمى R. et L. واعملى بها; [2] R. et L. تحيى; [3] verba quae sunt الّا .... للعلم in R. et L. desiderantur; [4] R. et L. للكلّ; [5] ita codd., Fleischer به; [6] ita codd., Fleischer فكذلك.

bereris. Quae praecepta vera esse tibi persuadeas, o anima, rectaque esse cognoscere studeas, ut salutem consequaris et a pernicie incolumis serveris.

Harum rerum auctoris sapientiam, o anima, contempleris 11
et consideres sciasque hominem eum tantummodo ad finem creatum esse, ut scientiam sibi pareret eaque agendi rationem dirigeret. Perinde fructus bonus ideo tantummodo creatus est, ut ederetur. Iam vero quemadmodum acinus uvae a primo non aptus est qui quidquam ex eis ad quae factus est praestet, deinde materia eum invadit qua ad gradum saporis acidi quidem at dulciculi perducitur, ita ut partem muneris sui exsequi possit, non totum, postea materia eum invadit qua ad gradum absolutionis perducitur a cunctis rebus ad quas factus est, ita
ut iamiam absolutus sit; — perinde homo, quatenus sub sensus 12
cadit, quum primo in mundum suum prodit non aptus est qui quidquam ex eis quorum causa factus est praestet, deinde ma-

ترد اليه المادّة السائرة به الى المعنى الذى به يصلح ان يكون
متعلّما [1] لا عالما فاذا راض بهذه الرتبة نفسه وردت اليه المادّة
الكبرى الكاملة المكمّلة [2] فتجعله حينئذ عالما عملا فيكمل حينئذ
وكذلك الانسان المعقول انّما هو القوّة الآتية فى العضو الواردة [3] ١٣
مع المنىّ المنقول الى الرحم [4] ثمّ حينئذ ترد اليه القوّة المصوّرة التى
يمكن ان [5] تصوّره [6] بتوسّط الاجرام الالهيّة فاذا صار [7] بالقوّة ذا غضب
وشهوة وردت [8] اليه حينئذ القوّة التامّة [9] المتمّمة التى هى العقل [10]
فسارت به الى حدّ الكمال فحينئذ يجتمع [11] اسبابه بالفعل بعد ان

[1] R. et L. مستعملا; [2] المكمّلة in R. et L. deest; [3] W. القوة الاوله (?) فى العنصر الوارد; [4] R. et L. الواردة من المنىّ الى الرحم; [5] ان W. om.; [6] R. et L. تكون مصوّرة; [7] post صار R. et L. interiiciunt علقا عقد; [8] R. et L. ثمّ وردت; [9] ante التامّة addunt R. الماتيه, L. الثابتة, Fleischer الثالثة; [10] R. et L. عقل بالفعل; [11] R. et L. يكون لجميع (Fleischer يكون بجميع).

teria eum invadit qua eo perducitur, ut idoneus sit qui doceatur atque instituatur, proprii consilii expers, quo in gradu si satis se exercuit, summa materia eum invadit absoluta atque absolvens qua efficitur, ut proprio consilio valeat eoque agendi
13 rationem dirigat, ita ut iamiam absolutus sit. Perinde homo, quatenus animi natura praeditus est, (a primo) nihil est nisi vis quae in membrum genitale intrat et una cum semine in uterum immittitur, deinde vis eum invadit conformans quae quidem fieri potest, ut intercedentibus corporibus divinis eum conformet, quo facto si animal factus est in potentia (ἐν δυνάμει) declinationis et appetitionis compos, vis eum invadit perfecta ac perficiens quae est ratio eaque ad gradum absolutionis perducitur, ita ut cunctis facultatibus suis in actu (ἐν ἐνεργείᾳ)

كان فى الابتداء لا بالفعل ولا بالقوّة ثمّ انتقل الى مرتبة كان فيها
بالقوّة ثمّ ذهب من رتبة القوّة الى[1] رتبة الفعل[2] والكمال فصار حينئذ
فاعلا[3] كاملا مصوّرا متصوّرا ممثّلا متمثّلا واعلمى[4] يا نفس انّ
التأمّل لهذه المعانى دليل على لطف[5] حكمة مبدع العالم تقدّست
اسماءه[6]

١٤ يا نفس انّ المبدع جلّ اسمه هو كالناطق الفائض بما عندَه
من المعانى والجواهر العقليّة[6] كلّها مستمعون[7] منه وليس كلّ المستمعين
يفهمون عن المتكلّم بل منهم من يحتاج الى ترجمان يؤدّى اليه
ووسيط يتوسّط بين الناطق والسامع وذلك لضعف تصوّر السامع
عن فهم القول ومن هو كذلك فهو اعجمىّ لا يفهم حاجته الّا

[1] verba الى .... مرتبة in R. et L. desiderantur; [2] R. et L. العقل; [3] R. et L. عاقلا; [4] R. et L. واعلم; [5] W. لطيف; [6] العقليّة in W. deest; [7] W. للمستمعين.

utatur, postquam initio neque in actu neque in potentia fuit, deinde in gradum evectus est in quo in potentia fuit, denique e gradu potentiae in gradum actus et absolutionis egressus est, ita ut iamiam suo arbitrio agat absolutusque sit et res tum aliis tum sibi ipsi informare et effingere possit. Scias autem, o anima, istarum rerum contemplationem ad agnoscendam reconditam illam mundi auctoris — cuius nomina sancta! — sapientiam perducere.

Auctor (rerum universitatis) — cuius nomen augustum! — 14
perpetuo quasi quodammodo loquitur, o anima, et sententias suas effundit, omnibus substantiis rationis participibus audientibus. Neque vero omnes qui audiunt ipsi eum qui verba facit intelligunt, immo sunt ex eis qui interprete egeant ipsis intelligentiam tradente et intercessore loquentem inter et audientem intercedente, atque ideo quidem quia audiens sua ipsius cogitatione ea quae dicuntur intelligere non potest. Talis autem ei similis est qui quum ipse linguae cuiusdam imperitus sit, ea

بترجمان يفسّر له حقيقة القول فلا تكونى يا نفس من الجواهر المحتاجة الى الوسائط فانّ الترجمان ربّما خان فى تعبير الكلام وغيّر القول وحرّفه[1] فاخرجى يا نفس عن رتبة العجوميّة الى رتبة الفصاحة واقتنى[2] يا نفس العلم قبل العمل ومعرفة الثمرة قبل غرس الشجرة لتتحقّقى[3] بالقول[4] والقبول[5] على العلم قبل العمل وانّ لك فى ذلك درجة وراحة كثرة[6] وفائدة عظيمة،

[1] ita R. et L., W. post الترجمان pergit: انما (sic) كان (تحان ?) فى ذلك معتبرا (مغيّرا ?). للكلام والقول ومحرفا; [2] واقتنى W. om.; [3] R. et L. انتحقى, Fleischer لتتلحقى; [4] W. بالثواب; [5] R. et L. الثبوت sine و, quarum lectionum neutra non suspiciosa est; [6] R. et L. كبيرة.

quae sciat necesse est intelligere non potest nisi opera interpretis qui veram eorum quae dicuntur sententiam interpretando ipsi explicet. Noli igitur, o anima, ex earum substantiarum numero esse quae intercessoribus egent. Interpres enim in explicandis eis quae quis locutus est saepenumero fidem fallit verbaque immutat et detorquet. Quare a gradu linguae imperitiae ad gradum linguae peritiae ascendas, o anima, studeasque, o anima, scire priusquam agis et fructum nosse priusquam arborem seris, ut ea quae (a deo) dicuntur recte intelligas cognoscasque oportere assidua sis in parienda scientia ante actionem; qua ex re honorem percipies, multum solatium, fructum praeclarum.

الفصل الثالث

١ يا نفس انّ الاعراض الحالّة فى الجواهر الكثيفة عدمت الاتّفاق
ومالت[1] الى الاختلاف والمضاددة فتحذّرى منها وانحرفى عنها فهى
المعنى[2] الذى حُذّرتيه والخوف الذى خُوّفتيه ،

٢ يا نفس انت وحيدة وهى متكاثرة وانت متّفقة وهى مختلفة
وانت ناصحة وهى مخادعة وانت حقّ موجود وهى لا حقيقة
لوجودها وانت خير دائم باقٍ وهى[3] زخارف وتمويه مستحيل فإنِ
فأعرضى يا نفس عنها واحذرى استعبادها ايّاك وقطعها بك
وخذلانها[4] لك[5] فلا تخرجى يا نفس عن ذاتك الوحيدة الحقيقة[6]

[1] R. et L. وانتَ ; [2] R. et L. post المعنى addunt اللطيف, Fleischer: *das immaterielle Ding* [?]; [3] vocabula وهى.........مخادعة in R. et L. desunt; [4] R. et L. واخلالاتك [?]; [5] لك W. om.; [6] R. et L. الخفيّة.

Caput tertium.

Accidentia substantiis crassis inhaerentia, o anima, nunquam sibi constiterunt, immo eo inclinarunt, ut inter sese discreparent et repugnarent. Quare caveas ab eis et declines; ea sunt res quam cavere et timendum illud quod timere iussam te volo. 1

Tu, o anima, simplex es, ista multiplicia; tu tibi constans, ista sibi repugnantia; tu sincera, ista fallacia; tu res vere exsistens, ista exsistentiae veritate carentia; tu bonum perpetuum ac stabile, ista res fucatae et praestigiae mutabiles ac caducae. Quare fugias ea, o anima, et caveas ne in servitutem eorum redigaris eisque quominus id quod tibi propositum est assequaris prohibearis ac destituaris. Itaque noli, o anima, e tua essentia simplici, vera, nobili excedere et istis 2

الشريفة ولا تثقى بتكاثرها[1] واختلافها ومحالاتها[2] وخساستها
وغدرها فتضلّى وتهلكى،

٣ يا نفس حتّى متى انت فقيرة هاربة من الحسّ[3] الى ضدّه* فتارة[4]
من الحرّ الى البرد وتارة من البرد الى الحرّ وتارة من الجوع الى الشبع
وتارة من الشبع الى الجوع وكذلك فى سائر الاطعمة والروائح إن
اسرفت[5] عليك الحلاوة افتقرت الى الملوحة وان اسرفت[5] عليك
الملوحة افتقرت الى الحموضة وكذلك[6] فى جميع المشمومات وجميع
ما انت مشاهدة له فى عالم الحسّ فبينما انت فقيرة الى المقتنيات[7]
فاذا وصلت الى ذلك اكتسبت[8] الخوف عليها ما دامت معك فاذا
فارقتك وفقدتيها فقد زال عنك الخوف واعقبك ذلك[9] حينئذ

[1] pro ولا تثقى بتكاثرها R. et L. exhibent وتتبعى تكاثرها;
[2] R. et L. ومحالها; [3] R. et L. الحرّ, emendavit Fleischer;
[4] vocabula فتارة ... من in W. desiderantur; [5] W. اشرقت;
[6] post وكذلك R. et L. interponunt انت; [7] W. الكفايات;
[8] اكتسبت W. om.; [9] ذلك W. om.

rebus multiplicibus, sibi repugnantibus, dolosis, abiectis, perfidis fidem habere, ne in errorem inducaris atque in perniciem incurras.

3 Quousque, o anima, egena manebis et continenter a contrario sensu ad contrarium fugies: modo a calore ad frigus, modo a frigore ad calorem, modo a fame ad satietatem, modo a satietate ad famem? similiterque in omnibus saporibus et odoribus, ita ut si dulcedine abundas egeas saledine, si saledine abundas egeas aciditate; neque aliter denique in omnibus quae olfactu sentiuntur omnibusque quae in mundo sensus sensibus percipis. Dum porro bonis (externis) eges, si in possessionem eorum venis, simul timore ne ea amittas caperis cruciarisque quamdiu apud te manent, sin autem relinquunt te et cares eis, timore quidem isto liberaris, at iactura quam fecisti fit, ut

٤ احزانا وغموما فانزعى يا نفس هذا الشىء الذى انت مشاهدة به[1] لهذه الاشياء والذى انت به واجدة لهذه الامراض والآلام ولا تأيسى[2] لمفارقة الاحزان والهموم والخوف والفقر ولا تكرهى مواصلة الغنى والامن والسرور فانّه من آثر الفقر على الغنى والخوف على الامن والذلّ على العزّ كان جاهلا ومن جهل ضلّ ومن ضلّ هلك ،

٥ يا نفس تيقّنى انّك قد برزت عن[3] اصل انت فرعه وانّ الفرع وان جرى الى غاية البعد[4] عن اصله فانّ بينه وبينه وصلة ورباطا[5] وبهذه الوصلة والمرابطة يستمدّ كلّ فرع من اصله كالشجرة المثمرة فانّ الثمرة[6] وان[7] بعدت عن اصلها المبتدئ[8] لها فانّ بينها وبينه

[1] R. et L. معه; [2] R. et L. تتأسّفى; [3] W. من, R. et L. على, *aber R. am Rande* عن *mit* نسخه *darüber*; [4] R. et L. فى البعد; [5] pro عن اصله .... ورباطا W. exhibet فانّه راجع الى اصله وان (sic) كان بينه وبين اصله وصلة ورباط; [6] verba فانّ الثمرة R. et L. mittunt; [7] R. et L. فان; [8] W. والمبدأ.

aegritudinibus ac maeroribus afficiaris. Quare id, quo res illas percipis quoque aegrotationes et dolores illos sentis, o anima, ponas nec doleas quod aegritudines, curas, timorem, egestatem relinquis neque aegre feras quod cum copia, securitate, laetitia coniungeris. Is enim qui egestatem copiae, timorem securitati, vilitatem nobilitati praefert, stultus est; qui stultus est, errat; qui errat, in perniciem incurrit. 4

Persuadeas tibi, o anima, te e stirpe quadam progermi- 5
nasse eiusque ramum esse. Ramus autem etiamsi quam longissime a stirpe sua procedit, attamen ipsum inter et illam coniunctio quaedam intercedit et contagio qua quidem omnis ramus e stirpe sua alimentum petit; veluti arbor fructifera, cuius fructus etiamsi a stirpe quae emisit eum longe procedit, attamen ipsum inter et illam essentialis quaedam intercedit con-

اتّصالا ذاتيّا به يكون استمدادها منه ولو عدمت ذلك الاتّصال ٦
بأن يقطع بينهما قاطع ممّا هو سواها لحال بين الاصل والفرع
واوجب قطع المادّة عن الفرع ففسد فى الحال وتلف فتصوّرى يا
نفس هذا وتيقّنيه واعلمى انّك راجعة الى مبدئك الذى هو اصلك
فتهذّبى من اوساخ الطبيعة[1] واوزارها[2] المبطئة بك عن سرعة انرجوع
الى عالمك واصلك

يا نفس هذا[3] عالم الطبيعة وهو[4] محلّ الفقر والخوف والذلّ والحزن ٧
وهذا عالم العقل وهو[5] محلّ الغنى والامن والعزّ والسرور وقد
شاهدتيهما جميعا وشافهتيهما[6] فتخيّرى[7] على خبرة منك[8] واعلمى
انّك لابثة[9] فى ايّهما شئت غير مدفوعة ولا ممنوعة واعلمى انّه

[1] R. et L. فاحذرى من اوساخ آلاتك; [2] واوزارها in R. et L. deest; [3] W. ان; [4] W. هو sine و, R. et L. هذا; [5] W. هو sine و; [6] R. et L. addunt وسكنتيهما; [7] W. فاستعدى; [8] R. et L. على علم وخبرة; [9] pro واعلمى انّك لابثة R. et L. اللبوث.

6 iunctio qua fructus e stirpe alimentum petit; quam coniunctionem si fructus amitteret, nescio qua alia re eum a stirpe seiungente, haec res stirpem inter et ramum interveniret ac necessario ramo alimentum praecideret, ita ut statim intermoriturus atque interiturus esset. Quod cogitatione tibi informes, o anima, et tibi persuadeas sciasque te ad creatorem tuum qui quidem est stirps tua redituram esse; quam ob rem a naturae sordibus atque oneribus quibus a celeri ad mundum tuum et stirpem tuam reditu retardaris te liberes.

7 Hic, o anima, est mundus naturae, domicilium egestatis, timoris, vilitatis, tristitiae; illic mundus rationis, domicilium copiae, securitatis, nobilitatis, laetitiae. Utrumque coram vidisti et usu cognovisti; iamiam secundum ea quae ipsa experta es eligas sciasque in utrovis permanere te posse neque repulsam laturam vel recusationem accepturam esse. Scias porro effici

ممتنع[1] ان يكون انسان فقيرا غنيّا خائفا آمنا عزيزا ذليلا
مسرورا حزينا وإن كان هذا هكذا فلذلك لا يمكن ان يجمع
الانسان حبّ الدنيا وحبّ الآخرة بل ذلك من باب الممتنع اشدّ
الامتناع[2] ،

٨ يا نفس انّه من نزع سلاحه وكفّ نفسه واستسلم لعدوّه وجب
اسره ومن قاتل بسلاحه وحمى نفسه ولم يستسلم لعدوّه وجب
قتله وأى نفس وردت الى عالم الطّبيعة فلا بدّ لها ان تسلك
احدى هاتين[3] الحالتين امّا القتل وامّا الاسر فمن اختار الاسر فقد
اختار طول العذاب وذلّ العبوديّة[4] ومن اختار القتل فقد مات
عزيزا وكان موته حياة له واستراحة[5] من الاسر وهوانه وذلّه[6] ،

٩ يا نفس متى نويت ترك الافعال الخسيسة الدنيّة فاقصدى[7] ذبعها

[1] R. et L. انّ الممتنع, Fleischer انّ من الممتنع; [2] tota sententia وإن كان هذا هكذا .... الامتناع in W. deest; [3] R. et L. احدى ما بين, W. احد هابين; [4] pro وذلّ العبوديّة R. et L. وهو انّ استعمال ذلك يؤدّى الى العبوديّة; [5] R. et L. واستراح; [6] W. وطول ذلّه; [7] W. فلا تقصدى.

non posse, ut homo simul egenus sit et copiosus, timore cruciatus et securus, nobilis et vilis, laetus et tristis; quod si ita est, utique fieri non potest, ut homo studium rerum humanarum cum studio vitae futurae coniungat, immo hoc nullo omnino pacto effici potest.

Si quis arma ponit, o anima, repugnare desistit hostique 8
se tradit, necesse est capiatur; si quis armis certat et se defendit neque hosti se tradit, necesse est interficiatur. Alterutrum omnis anima quae in mundum naturae descendit non potest quin subeat: aut mortem aut captivitatem. Hanc qui eligit is diutinos cruciatus et turpem servitutem eligit; illam qui eligit, is gloriose moritur morteque vitam sibi recuperat et a captivitate eiusque contumelia ac turpitudine liberatur.

Si id agis, o anima, ut ea quae viliter atque abiecte fiunt 9

واجتنبيه وهو حب الدنيا ومتى نويت الافعال الشريفة الالهيّة فاقصدى اصلها[1] فاغرسيه وربّيه وهو الزهد فى الدنيا وليكن فعل ذلك بريًّا من النفاق والتمويه[2]،

١٠ يا نفس لا يخرج بك شدّة الحذر وافراطه الى حدّ الجبن فتعدمى الشجاعة وشرفها وتكتسبى الدناءة وخساستها[3] واعلمى انّ كلّ شىء مستمدّ فهو ذات وانّ كلّ ذات[4] فمحتاجة[5] الى المادّة وانّ كلّ محتاج الى المادّة فمدّته متوالية دائما طول مدّة المادّة[6] المقسومة[7] له فتيقّنى هذا يا نفس فانّ لك تحته راحة بكثرة[8] وفائدة عظيمة،

١١ يا نفس تمسّكى[9] بالتدبير[10] الجزئىّ على حسب الامكان فان

[1] post اصلها W. interponit وهو الزهد; [2] R. et L. plenius النفاق والتمريض والتمويه والاستشراك; [3] post وخساستها W. nescio quo casu longiorem locum capitis 14 (§. 2—9; v. infra) inserit, quo absoluto pergit وان كل شىء الخ; [4] R. et L. غير ذات; [5] R. et L. محتاج; [6] المادّة e coniectura addidi; [7] W. المقسوقة, in R. et L. verba وانّ كلّ محتاج .... المقسومة desunt; [8] R. et L. كبيرة; [9] W. تمثلى; [10] W. بالتدبر.

vites, in fontem eorum animum intendas eumque fugias, studium scilicet rerum humanarum; si id agis ut ea quae generose et divine fiunt exerceas, in radicem eorum animum intendas eamque seras et foveas, aspernationem scilicet rerum humanarum. Cuius rei exercitatio dissimulatione et fuco vacet.

10 Cave, o anima, nimia atque immoderata cautione in ignaviam inducaris, ne fortitudinem eiusque laudem amittas et humilitatem eiusque ignominiam suscipias. Scias porro omne quod materia eget essentiam esse omnemque essentiam egere materia, eius autem quod materia eget spatium semper respondere longinquitati spatii materiae ipsi attributae. Quod persuadeas tibi, o anima, quippe ex quo multum solatium perceptura sis et fructum praeclarum.

11 Quantum fieri potest, o anima, rationem particularem te-

تدافعت بك الامور الى جهات التدبير[1] الكلّى فارضىْ بذلك واطمأنّى اليه واعلمى ان بذلك يسقط عنك ثقل[2] الاهتمام والتكلّف كرجل تكلّف مصباحا فاستضاء[3] به فى طول الليل وظلمته فلمّا طلعت الشمس استغنى عن المصباح وزال عنه ثقل التكلّف ،

١٢ يا نفس لا تقترنى[4] بدنيّات الامور وخسائسها فتلزمك العادة بذلك وتكتسبى[5] طبعا مخالفا لطبعك فتعدمى[6] بالانصباب[7] اليها عن الرجوع[8] الى وطنك واعلمى ان مبدع الاشياء جلّ وعلى هو اشرف الاشياء كلّها فاقترنى[9] بشرائف الاشياء لتقترنى[10] من بارئك بطريق المجانسة واعلمى انّ شرائف الاشياء منضافة الى شرائفها وانّ خسائس الاشياء منضافة الى خسائسها ،

[1] W. التدبر;, [2] R. et L. مؤونة ثقل; [3] R. et L. يستضىء; [4] W. تعتدى, R. et L. تعتبرى; [5] vocabula بذلك وتكتسبى R. et L. omittunt; [6] W. فينعدى (فتبعدي ?); [7] R. et L. الانصباب sine ب; [8] pro عن الرجوع R. et L. والرجوع; [9] R. et L. فاعتبرى; [10] W. لتقربى.

neas; si vero rebus ipsis ad universalem quandam rationem adduceris, hoc facile feras atque in eo acquiescas sciasque eo fieri, ut curae et laboris molestia leveris, eius instar qui postquam per noctis tenebras e lucerna quae multum negotii ei facessebat lucem petivit, sole orto lucerna non eget molestoque labore illo supersedet.

Cave, o anima, ad res abiectas et viles te applices, ne 12
haec consuetudo in animo tuo inhaerescat et naturam asciscas propriae naturae tuae repugnantem atque istarum rerum desiderio atque appetitu reditu in patriam tuam frauderis. Scias porro augustum atque excelsum rerum universitatis auctorem omnium rerum praestantissimam esse, quare ad res praestantes te applices, ut generis assimulatione ad eum qui te creavit propius propiusque accedas, sciasque res praestantes semper ad res praestantes, viles ad viles sese adiungere.

يا نفس تطالبين[1] بالاستقرار وانت فى عالم الكون وأىّ استقرار فى ١٣
عالم الكون[2] فانّ الزورق[3] ما دام على ظهر الماء فلا قرار له ولا
طمأنينة له البتّة وان استقرّ وقتا ما فانّ ذلك بالعرض ثمّ يعود الماء
الى اضطرابه وتموّجه بما على ظهره وانّما يستقرّ ذلك الزورق[3] اذا
أُخرج عن الماء وأُعيد الى الارض التى هى ينبوعه واصله المشاكلة
له بالكثافة والثقل فحينئذ يستقرّ به القرار وكذلك النفس ما دامت
فى جريان الطبيعة فلا قرار لها ولا راحة ولا طمأنينة[4] فاذا عادت
النفس الى ينبوعها واصلها استقرّت وظفرت بالراحة واستراحت من
شقاء الغربة وذلّها ،

[1] W. انتطالبين; [2] verba وأىّ ... الكون in R. et L. desiderantur; [3] R. et L. الزقّ; [4] post طمأنينة R. et L. addunt وقطعه بها وخذلانه لها أيّاها [Fleischer لاتعابه sine و] ولاتعابه.

13 Consistere quaeris, o anima[1], dum in mundo exsistendi es. At quo pacto in mundo exsistendi consistere quidquam potest? Etenim cymba quamdiu in summa aqua est consistere vel conquiescere prorsus non potest; si quando consistit, non nisi per accidens consistit; exinde aqua res quae in superficie eius sunt rursus agitare et iactare incipit. Tum demum cymba illa consistit si ex aqua evehitur et in terram reducitur quae fons ac radix ipsius est et crassitudine ac gravitate ipsam aequat; tum vere consistit. Perinde anima quamdiu in cursu rerum naturae est nec consistere nec conquiescere nec respirare potest; sin autem ad fontem et radicem ipsius revertitur, consistit et quietem capit atque ex perigrinationis miseria et turpitudine conquiescit.

[1] Fleischer: ***Man stellt, o Seele, die Anforderung an dich, Stetigkeit zu gewinnen*** . . .

الفصل الرابع

١ يا نفس انّ عالم الطبيعة صفو وكدر فتجرّعى كدره قبل صفوه
وكذلك ينبغى لمن طلب السعادة ان يسوس نفسه هذه السياسة[1]
واعلمى انّ شرب الصفو بعد الكدر خير[2] من شرب الكدر بعد
الصفو فلا تغترّى[3] بأنّ[4] فى عالم الطبيعة صفوا[5] يوجد فان وجد
فيه[6] صفو فليس هو بالحقيقة لانّ ما لا دوام له لا صفو فيه بل كدر
٢ كلّه وثقل على كلّ ثقل[7] وانّما ضربت لك مثلا[8] فان اردت الشىء

[1] pro وكذلك........ السياسة R. et L. scribunt فانّه هكذى ينبغى ان تكون السياسة; [2] R. et L. اخير; [3] W. تغرى, R. et L. تعترى تقولى — Fleischer: *Lass dir also nicht beigehen zu sagen* [?] —, fortasse تقولى mutandum est in بقولى; [4] R. et L. ان, Fleischer اين; [5] R. et L. صفو; [6] W. فيها; [7] ita W., R. et L. post يوجد pergunt واىّ صفو يوجد فيه وهو اكدر من كلّ كدر واثقل من كلّ ثقل; [8] W. مثالا, R. et L. ذلك مثلا.

Caput quartum.

Mundus naturae, o anima, ex rebus puris et rebus immundis constat; quare immundas ante puras obducas — eam enim rationem is qui felicitatem appetit sequatur oportet sciasque res puras post res immundas bibere melius esse quam immundas post puras —. Sed cave in opinionem adducaris in mundo naturae puri quid inveniri; namque si quid puri in eo invenitur, non revera purum est, quia in eo cui non est perpetuitas puri quid inesse non potest, immo omnia quae in eo continentur immunda sunt et quavis re gravi graviora; verum enim vero similitudinem tibi proposui. Sin autem rem vere puram 2

الصافى الهنىّ فاطلبيه فى غير عالم الكون والفساد فانّك ان طلبتيه فى معدنه وجدتيه وان* طلبتيه فى غير معدنه عدمتيه[1] فان انت عدمت طلبك وفاتك[2] اربك اقترنت[3] بك الاحزان والفقر واعقبك ذلك مرضا يؤدّيك الى الموت من[4] العيش العقلىّ والحياة الدائمة ،

٣ يا نفس انّ هذا المركب الذى قد ركبتيه فى هذا البحر العظيم انّما هو[5] مياه[6] تجمد وبالعرض[7] تركب فيوشك ان تطلع عليها[8] الشمس فتنحلّ[9] فتعود الى عنصرها[10] وتتركك[11] جالسة على ظهر الماء

* H. v. B. exordium capit.

[1] B. فقدتيه; [2] B. ففاتك; [3] B. واقترنت (scriptum واقتربت); [4] ita codd. ad unum omnes, Fleischer عن; [5] W. هى; [6] R. et L. من مياه; [7] W. وبالغرور; [8] R. et L. nec non B. عليه; [9] R. et L. فينحلّ; [10] verba فتعود الى عنصرها B. mittit, R. et L. post فينحلّ addunt فى عنصره; [11] R. et L. ويتركك.

et salubrem appetis, alibi quam in mundo exsistendi atque intereundi eam quaeras. Etenim si proprio eius loco eam quaeris, invenis eam, si alibi, non invenis. Iam vero si quod quaeris non invenis neque assequeris quod sectaris, maeroribus et egestate afficeris quibus fit, ut in aegrotationem cadas qua ad mortem adduceris et animi felicitatis vitaeque perpetuae amissionem.

3 Istud vehiculum, o anima, quo per ingens hoc mare veheris ex solis aquis est quae congelatae sunt et per accidens vehiculi vices gerunt. Mox sol super eis orietur quo futurum est, ut dissolvantur rursusque elementi sui formam induant et te in summa aqua sedentem relinquant. Eo autem in statu

وإن[1] امكنك للجلوس[2] تطلبين مركبا ولا[3] مركب الّا ما اكتسبتيه
من جودة[4] السباحة وحسن التهدّى،

٤ يا نفس انّ الماء الصافى النقىّ يؤدّى البصر الى[5] سائر ما فى ذاته
فاذا شابه الكدر والوسخ حجب البصر عن ادراك سرائر الاشياء
المستكنّة فيه وكذلك نور الشمس اذا اشرق على الاشياء كان
البصر مدركا لها بالحقيقة فاذا عرض فيها[6] البخارات والدخان والغبار
حيل بين البصر وبين ادراكه تلك الاشياء وكذلك انوار العقل
الشريفة اللطيفة اذا امتزجت بالاشياء الجافة الكثيفة المظلمة كدّرتها
واعاقتها عن ادراك ما فى[7] ذاتها من الصور والاشكال فاعدمتها

[1] W. et B. ان sine و; [2] inter vocabula quae sunt للجلوس et تطلبين Fleischer invitis codicibus interponit والّا — *Kannst du in dieser Stellung bleiben, nun wohl! Wo nicht, so ... —*, quod tamen non solum non necessarium esse sed ferri non posse videtur; [3] B. فلا; [4] R. et L. حركة; [5] W. الى om., R. et L. pro البصر الى exhibent الى البصر; [6] R. et L. فيه; [7] pro ما فى R. et L. صافى.

permanere certe nequibis, quoniam vehiculum anquiras necesse erit neque vero quidquam vehiculo esse poterit nisi facultates bene natandi et recti cursus tenendi, quoad eas consecuta eris.

4 Aqua, o anima, si pura et liquida est, oculos ad omnia quaecunque in ipsa sunt penetrare patitur; si rebus immundis et sordidis miscetur, oculi impediuntur ne res quae nunc abditae in ea latent percipiant. Perinde sol se habet qui si lumine suo res collustrat, oculi eas secundum veritatem percipiunt, si accidit, ut vaporibus, fumo, pulvere quasi obscuretur, oculi a rebus illis percipiendis arcentur. Perinde praestantia et subtilia rationis lumina si rebus crassis, spissis, tenebricosis sese miscent, eis inquinantur atque a percipiendis formis et figuris in ratione ipsa positis prohibentur et facultate cogitatione rerum

التصوّر العقلىّ فحينئذ تبقى النفس فقيرة من مقتنياتها جاهلة بمعلوماتها[1] عادمة حسن التهدّى الى طريق نجاتها ،

يا نفس ليس الزهد فى الدار[2] ترك[3] تزويقها واصلاحها مع الرضا ٥
بالمقام فيها وانّما الزهد التامّ الرضا بالتحويل[4] والاستعداد[5] للنقلة منها فكذلك يا نفس ليس الزهد فى عالم الطبيعة ترك لذّاته وشهواته[6] مع الرضا باللباثة[7] فيه وانّما الزهد بالحقيقة شدّة الشوق الى مفارقته والراحة منه ومن معاندته ومضاددته[8] واختلافه وظلمته ‌.
فينبغى لك يا نفس ان تعتقدى الشوق الى الموت الطبيعىّ والرضا به ٦

[1] pro بمعلوماتها W. من معاملها (sic); [2] R., L., B. الدنيا; [3] W. فى جنس (l. فى جنب); [4] R., L., B. بالتحوّل عنها; [5] B. والاشتياق, R. et L. والاستشراف; [6] W. لذّاتها وشهواتها: perinde in eis quae subsequuntur suffixis pro gen. masc. W. fem. utitur; [7] W. بالكفاية, R., L., B. بالمقام; [8] R. et L. ومصايبه.

sibi informandarum privantur, quo fit, ut anima ea quae sibi pariat oportet parere eaque quae cognoscat oportet cognoscere et ad salutis suae viam ingrediendam rectum cursum tenere non amplius possit.

5 Aspernatio domus, o anima, non in eo cernitur quod quis exornare atque excolere eam mittit, nihilominus vero non invitus longius in ea commoratur, immo perfecta (eius) aspernatio in eo cernitur quod quis domicilium transferre cupit atque ad emigrandum ex ea paratus est promptusque. Perinde, o anima, aspernatio mundi naturae non in eo cernitur quod quis voluptates ac cupiditates eius missas facit, nihilominus vero non invitus in eo permanet, immo vera (eius) aspernatio est vehemens desiderium ex eo excedendi atque ab eo eiusque inimi-
6 citia, contrarietate, repugnantia, obscuritate conquiescendi. Quare mortis physicae desiderium studiumque animo infigas oportet,

وتحاذرى الفشل عنه فبالخوف منه تكون الهلكة وبالتشوّق اليه[1] تكون السلامة اوليس تعلمين[2] يا نفس ان بالموت الطبيعىّ تنتقلين[3] من الضيق الى السعة[4] ومن الفقر الى الغنى ومن الحزن الى السرور ومن الخوف الى الامن ومن التعب الى الراحة ومن الالم الى اللذّة ومن المرض الى الصحّة ومن الظلمة الى النور ولا تأيسى[5] يا نفس ان[6] تسلبى حلل[7] الشرّ والنفاق[8] وتلبسى[9] حلل الخير والبقاء مع تحقّقك[10] ذلك ومشافهتك ايّاه ومشاهدتك له بذاتك الفاردة[11] الوحيدة ،

7 يا نفس تطالبين[12] بالاخوان[13] والاصحاب فى عالم الكون وقد علمت انّ ذلك من جنس الممتنع[14] وانّما يوجد ذلك فى عالم الروحانيّين

[1] verba اليه .. تكون in W. desunt; [2] R. et L. تعلمى; [3] W. تنتقلى; [4] B. الوسع; [5] R. et L. تتأسّفى; [6] R. et L. على ان; [7] B. من حلل; [8] B. والشقا; [9] W. et B. وتكتسبى; [10] R. et L. تيقّنك حقيقة, B. يقينك حقيقة; [11] W. et B. القادرة; [12] W. اتطالبين (cf. supra p. 30 n. 1), R. et L. تطلبين; [13] R. et L. الاخوان; [14] W. adiicit الذى لا يدرك.

o anima, et anxietatem eius caveas. Timore enim eius efficitur pernicies, desiderio eius salus. An nescis, o anima, morte physica fore, ut ex angustiis emigres ad commoditatem, ex egestate ad copiam, e tristitia ad laetitiam, e timore ad securitatem, e labore ad quietem, e dolore ad voluptatem, ex aegrotatione ad sanitatem, e tenebris ad lucem? neque igitur nimis doleas quod vestimentis mali et fucati exueris et vestimentis boni et perpetui indueris simulque res istas certo cognoscis experirisque et qua es natura simplici atque unica coram spectas.

Amicos sociosque in mundo exsistendi quaeris, o anima, 7 quod tamen effici non posse non ignoras. Invenitur enim id quod quaeris in solo animorum mundo quippe quorum natura

لانفراد ذواتهم وتمحّصها وصفاتها فان احببت ذلك فصيرى الى هناك[1] لتظفرى[2] بمطلوباتك ولا تطلبى فى[3] عالم الكون ما ليس فيه لانّ سكّانه اسراء ومماليك وأىّ اخوّة لأسير وأىّ عهد لمملوك فتيقّنى[4] ذلك واعملى به[5] واعتقديه،

يا نفس اعلمى انّ كلّ فاقد تائه وانّ كلّ تائه* هالك فاحذرى ٨
انْ تتبعى[6] ما تفقدينه فتتوهى فتهلكى[7]،

يا نفس ما اشدّ مفارقة الاحباب واشدّ من ذلك محبّة كلّ مفارق،

يا نفس انّ اهل الدنيا مظلومون ظالمون مغرورون غارّون ومن

* In h. v. secundum fol. cod. B. desinit, fol. tertium incipit a verbo ونبعتك p. 47 l. 10.

[1] pro فصيرى الى هناك W. scribit: فاعدل (sic) الى السير الحسنة (?) الذاهبة بك الى ما تطلبينه من البقا (?) وهو الزهد والصبر على الاذى ومخالفة الهوى لتصيرى الى عالم الروحانيين; [2] W. فتطوى (l. فتظفرى); [3] ita B.; R., L., W. من; [4] W. فاعلمى; [5] B. واعلمى به, R. et L. واعملى عليه. W. تيقنيه (sine و); [6] exstat in W. تعتى; [7] in R. et L. tota haec sententia omittitur.

simplex sit, pura, munda. Quare si illud appetis, illuc convertaris ut quod vis assequaris neque in mundo exsistendi aliquid quaeras quod in eo non est, quia incolae eius captivi sunt et servi: captivo autem quid, quaeso, tribuendum est amicitiae vel quid fidei servo? Quod tibi persuadeas ac velut agendi regulam sequaris firmiterque teneas.

8 Scias, o anima, omnem qui quid amittit errare, omnem qui errat in perniciem incurrere. Cave igitur id quod amittis sequaris, ne erres atque in perniciem incurras.

Durissimum est, o anima, ab amicis deseri, at vero durius amicitia coniunctum esse cum aliquo qui certe amicum deseret.

Incolae huius mundi, o anima, iniuria afficiuntur et afficiunt atque in errorem inducuntur et inducunt; veluti animam

ذلك انّهم يستقبلون النفس الواردة الى دار الهموم والاحزان بالطرب والسرور ويشيّعونها اذا صدرت عنها بالبكاء والعويل وكفى بهذا يا نفس ظلما ومخالفة للحقّ والعدل،

٩ يا نفس تيقّنى وتفهّمى بالاستقراء والتأمّل واعلمى انّ اربعة اشياء هى السبب فى هلاكك لا محالة وهى الجهل والحزن[1] والفقر والخوف فاعلمى يا نفس انّ من بحث عن العلم عدم الجهل ومن ترك المقتنيات الخارجة عنه عدم[2] الحزن[3] ومن عفّ عن الشهوات عدم الفقر ومن تشوّق الى الموت الطبيعىّ ورضى به عدم الخوف،

١٠ يا نفس انّ الجاهل لا يعلم الشىء[4] حقيقة البتّة والمقتنى الاشياء الخارجة عنه حزين طول دهره والفقير الى الشهوات فقير ابدا والخائف

[1] W. والجور; [2] R. et L. verba ومن ترك ... عدم omittunt, exinde pro الحزن scribunt والحزن; [3] W. الجور; [4] R. et L. لشىء.

in curarum atque aegritudinum domicilium advenientem summa cum hilaritate et laetitia excipiunt, si ex eo revertitur fletu et eiulatu eam prosequuntur, qua quidem in re satis, o anima, cernitur iniuriae veritatisque et iustitiae repugnantiae.

9 Persuadeas tibi, o anima, atque assidua rerum contemplatione intelligas cognoscasque quattuor res necessario perniciei tuae causas esse: inscientiam, tristitiam, egestatem, timorem. Scias autem, o anima, eum qui rebus explorandis operam navat inscientiam effugere, eum qui bona externa missa facit tristitiam, eum qui libidinibus abstinet egestatem, eum qui mortem physicam desiderat neque invitus subit timorem.

10 Is qui inscius est, o anima, veram ullius rei naturam omnino ignorat, is qui res externas sibi parere studet per omnem vitam tristis est, is qui libidinibus (quasi quodammodo) eget nullo non tempore egenus est, is qui mortem physicam

من الموت الطبيعىّ قد عدم حلاوة الامن فهل يكون اشقى من
نفس جاهلة حزينة فقيرة خائفة،

يا نفس انّه لو تقرّرت لك رتبة الصبر على مضض العدم[1] السائر ١١
بك الى حدّ الانفصال من الطبيعة لعدمت الخوف مع الفقر جميعا
فاعتقدى[2] يا نفس الصبر ولا تجمعى مع الحزن[3] الغربة فقرا وخوفا
فتهلكى،

يا نفس انّ الموت[4] تحت الصبر والثبات عزّ وانّ الموت[5] تحت ١٢
الهزيمة والفشل ذلّ،

يا نفس انّ القتل انّما هو ساعة وينقضى ومقاسات ذلّ الاسر
حال يطول فارضى بالقتل فى الطبيعة ولا ترضى بالاسر فانّ القتل

[1] W. العزم; [2] R. et L. فتدرّعى; [3] post الحزن W. interponit والاسر; [4] R. et L. الحياة; [5] pro وانّ الموت R. et L. والموت: attamen legendum esse suspicor وانّ الحياة.

timet securitatis dulcedine caret. Quid autem? Anima inscia, tristi, egena, timore cruciata num quid potest esse miserius?

11 Si eum (perfectionis) gradum obtineres, o anima, ut acerbitates mortis qua eo adduceris, ut a rerum natura abstracta sis atque avocata, constanter ferre posses, timorem et egestatem simul effugeres. Constantiam igitur animo infigas, o anima, neque ad tristitiam peregrinationis etiam egestatem et timorem accedere patiaris, ne in perniciem incurras.

12 Constanter et firmiter mori, o anima, gloriosum est; timide atque ignave mori turpe.

Mori, o anima, momentum tantummodo temporis est et (celeriter) finem capit, turpis captivitatis perpessio status est diutinus. Mortem igitur a rerum natura[1] subire ne nolis, at

[1] Fleischer: *in der Welt der Natur*.

في الطبيعة هو الحياة الدائمة وانّ الاسر في الطبيعة هو الموت
الدائم[1]،

١٣ يا نفس هذه رتب ثلث فكوني على اشرفها واجملها فأدناها رتبة رجل عالم[2] غير عامل[3] ومثل ذلك كرجل ذي سلاح لا شجاعة فيه وما عسى يصنع الجبان بالسلاح والرتبة الثانية رجل عامل[3] غير عالم[2] وهو كرجل شجاع لا سلاح له فكيف يلقى عدوّه من لا سلاح معه غير انّ الشجاع على سلاح اقدر من الجبان على الشجاعة وكذلك عامل غير عالم اشرف من عالم غير عامل[4] والرتبة الثالثة هي رجل عالم عامل فهو كرجل ذي شجاعة وسلاح وهذه ينبغي ان تكون الرتبة الشريفة،

١٤ يا نفس انّ القمر ينير ما وردت اليه الشمس فاذا عرض له ان يحول بينهما ظلّ الارض انخسف[5] واظلم فكذلك النفس ما ورد

[1] post الدائم W. adiicit بالجهل; [2] W. عامل; [3] W. عالم; [4] verba عامل . . . اشرف in W. desiderantur; [5] R. et L. انكسف.

vero noli in captivitatem redigi. Ista enim mors est vita perpetua, haec captivitas mors perpetua.

13 Hic, o anima, tres sunt gradus quorum summum atque amplissimum ascendas. Infimus eorum eius gradus est qui scit quidem at non agit, qui hominis instar est armati quidem at non fortis; ignavus autem quid efficere potest armis? Secundus gradus eius est qui agit quidem at non scit, qui similis est homini forti quidem at inermi; inermis autem quomodo occurret hosti? Verumtamen ut facilius homo fortis arma quam ignavus fortitudinem consequitur, ita is, qui agit quamquam non scit praestat ei qui scit quidem at non agit. Tertius denique gradus eius est qui et scit et agit, qui similis est homini et forti et armato: atque eum quidem gradum summum esse oportet.

14 Luna, o anima, lucet quamdiu sole illustratur; si accidit ut ipsam inter et illum terrae umbra intercedat, deficit atque obscuratur. Perinde anima quamdiu ratione illustratur lucida

اليها العقل فهى نيّرة مضيّة فاذا توسّطت[1] اسباب الكون والفساد حملانا[2] بينهما فعدمت النفس نورها وذهب عنها[3] واظلمت وكما انّه ما دامت الارض فى وسط العالم لن يعدم القمر الخسوف[4] كذلك النفس ما دامت ملازمة الطبيعة لن تعدم الظلمة والاذى فقد تبيّن من هذا الشرح انّ راحة النفس فى مفارقتها عالم الطبيعة والتحوّل عن هذه الدنيا عاجلا[5]،

[1] ante vocabula فاذا توسّطت W. interiicit فاذا عدمت العقل اظلمت; [2] de حملانا dubito; exhibet W. اجمالا, R. et L. autem pro الكون والفساد حملانا ponunt الدم والبلغم والمرّة; [3] pro وذهب عنها R. et L. فانكسفت; [4] R. et L. الكسوف; [5] verba والتحوّل ... عاجلا in W. desunt.

est et splendida; si ipsam inter et illam causae exsistendi atque intereundi interveniunt, anima lucem suam amittit eaque privatur atque obscuratur. Quemadmodum porro luna quamdiu terra medio mundi loco consistit defectum non effugiet, ita anima quamdiu in rerum natura haeret tenebras et detrimenta non effugiet. Qua ex explicatione patet animam non nisi ita conquiescere, ut mundum naturae relinquat atque ex hac vita festinanter excedat.

الفصل الخامس

١ يا نفس انّ العقل ليس هو شيئا غير التصوّر والتمثّل وأىّ نفس عدمت التصوّر والتمثّل فقدت ذاتها ومن فقد ذاته فهو ميّت،

يا نفس انّ التصوّر والتمثّل هو العقل الذى هو الحياة الدائمة والتلذّذ والتنعّم بالدنيا هو الموت الدائم فلا تؤثرى مزايلة الحياة الدائمة على مفارقة[1] الموت الدائم فتهلكى،

٢ يا نفس ما بال سائر[2] الجواهر الطبيعيّة غير العاقلة[3] متحرّكة بالطبع الى عناصرها ومواضعها الّا حظّةً بها ونحو ذلك[4] انّ كلّ جوهر انّما شرفه وعزّه ان يرجع الى عنصره ويكون فى محطّه ومحلّه[5]،

[1] R. et L. مقارنة; [2] W. وساير; [3] W. الغير عاقلة; [4] pro ونحو ذلك R. et L. وبحقّ; [5] R. et L. post وعزّه pergunt محطّه ومحلّه (Fleischer يكون) فيكون.

Caput quintum.

Ratione uti, o anima, nihil aliud est quam cogitatione res sibi informare et effingere. Omnis igitur anima quae rebus sibi informandis et effingendis abstinet amittit se ipsam; se ipsum autem qui amisit is vitae expers est. 1

Cogitatione res sibi informare et effingere, o anima, est ratione uti quod ipsum est vita frui perpetua; voluptatum autem et huius vitae commoditatis cupiditas est mors perpetua. Cave igitur vitam perpetuam dimittere[1] quam mortem perpetuam relinquere malis, ne in perniciem incurras.

Cur tandem, o anima, universae substantiae physicae rationis expertes ipsa natura ad elementa et domicilia sua moventur nisi ideo quod ibi bene valent? Perinde quaevis substantia ita tantummodo floret et viget, ut ad elementum suum redeat atque ibi sit ubi quietem capere et sedem constituere potest. 2

[1] Fleischer verba quae sunt مزايلة الحياة الدائمة vertit: *sich des ewigen Lebens befleissigen.*

يا نفس افليس سائر ما يكون[1] من التراب كالحجارة[2] وغيرها يرجع
مخلّا[3] الى التراب الذى هو اصلها ونبعها حتّى انّه لو أُخذ جزء
من الارض فعُلى به عن[4] وجه الارض ثمّ خُلّى سبيله لعاد مسرعا
بحركته الطبيعيّة الى عنصره واصله وكذلك سائر المياه تراها ابدا ٣
متحرّكة بالطبع ذاهبة[5] الى عنصرها الاعظم ما لم يعُقْها عائق كسائر
العيون التى تنضاف الى الانهار وسائر الانهار التى تنضاف ابدا الى
البحر الذى هو[6] عنصر[7] الماء وكذلك كلّ شىء ممّا سوا ذلك
كسيلان النار الى[8] العلو راجعة[9] الى عنصرها[10] وكسيلان الهواء علوا
راجعا[11] الى عنصره فاذا كانت هذه الاشياء التى ليس لها عقل ولا ٤

[1] R. et L. يتكوّن; [2] W. والحجارة; [3] W. متخللًا, R. et L. منحلّا (Fleischer: *durch Auflösung*); [4] R. et L. على; [5] R. et L. addunt مجتازة; [6] هو L. om.; [7] R. et L. عنصره; [8] verba الى .... عنصر الماء in W. non inveniuntur; [9] R. et L. راجعا; [10] R. et L. عنصره; [11] pro الهواء علوا راجعا W. الزاجع (sic) الما.

Nonne omnia, o anima, quaecunque e terra constant, veluti lapides, alia, modo ne impediantur ad terram quae est radix et fons eorum semper redeunt? ita ut si quid terrae sumeretur et a superficie terrae attolleretur, exinde vero mitteretur, naturali motu suo celeriter ad elementum suum et ra-
3 dicem suam reverteretur. Perinde omnes aquas ipsa natura motas perpetuo in maius semper elementum[1] ferri vides, nisi forte nescio qua re retinentur; veluti omnes fontes qui fluminibus, omniaque flumina quae perpetuo mari miscentur quod (universae) aquae elementum est. Perinde denique quaevis alia res se habet, veluti ignis et aer nullo non tempore ad ele-
4 menta sua redeuntes sursum versus tendunt. Iam vero si istis ex rebus quae ratione et iudicio carent neque nisi caeco quo-

[1] Fleischer: *zu ihrem Hauptgrundstoff.*

تمييز وانّما حركتها حركة هيام وطبع[1] به يتحرّك كلّ واحد منها الى حيث شرفه وعزّه وقوّته ويأبى الغربة والبعد عن وطنه ومحلّه فما بالك انت يا نفس وانت ذات العقل والتمييز تأبين الرجوع الى وطنك وعنصرك الذى فيه شرفك وعزّك وتكرهين ذلك[2] وتحبّين البعد عن اصلك ونبعك وتختارين اللبوث فى الارض الغريبة ومقاسات الذلّ والهوان فيا ليت شعرى ابالطبع تختارين ذلك ام بالعقل فان كان ذلك بالطبع فتساوىْ بالطبيعيّات[3] فى افعالها بالطبع ورجوعها ابدا الى عناصرها وان كان هذا منك بالعقل والتمييز فكيف يجوز للعاقل المميّز ان يختار الغربة على الوطن ومحلّ الخساسة على محلّ الشرف ومقاسات الذلّ والهوان على الراحة والعزّ والكرامة ومن حصل على هذه الرتبة فقد بان انّه لا يعدّ فى رتبة

[1] R. et L. قطبع, quod Fleischer non improbavit; [2] verba ذلك ...... الى وطنك in W. desiderantur; [3] R. et L. فساوى الطبيعة.

dam impetu ac naturae appetitu moventur, eo ipso unaquaeque illuc movetur ubi floret, viget, pollet recusatque ne a patria et sede sua remota sit ac disiuncta, — cur tandem tu, o anima, tu, inquam, quae ratione et iudicio praedita es, ne ad patriam tuam et elementum tuum in quo flores vigesque redeas recusas atque aversaris, a radice tua et fonte tuo disiunctam te manere cupis, in externa terra commorari ac contumeliam et turpitudinem perpeti mavis? Cedo, quaeso, utrum naturae appetitu auctore ita agas an ratione; si naturae appetitu: imiteris rerum physicarum agendi rationem natura insitam constantemque ad elementa sua reditum; si ratione et iudicio: quo pacto is qui ratione et iudicio gaudet a se impetrare potest, ut externam terram patriae, vilitatis sedem sedi nobilitatis, contumeliae et turpitudinis perpessionem quieti, honori, auctoritati praeferat? Eum qui isto in gradu collocatus est neque in rerum physi-

١
الطبيعيّات ولا فى رتبة العقليّات وما لم يكن من هذين الجنسين فليس بشىء ولا يعدّ فى الموجودات بل ينبغى ان يكون منفيّا منها فتبصّرى يا نفس هذه المعانى وارجعى بعقلك الى شرفك الاعلى ومحلّك الاقصى ،

يا نفس انّى تأمّلت اللذّات كلّها فلم اجد الذّ من ثلثة اشياء ٦
العلم والغنى والامن ولكلّ واحد من هذه الاشياء اصل وينبوع يحرّكه فمن طلب العلم فليذهب الى معنى[1] التوحيد[2] فانّه بالتوحيد[3] تكون المعرفة والعلم والتحقّق[4] وبالاشتراك تكون النكرة والجهل والشكّ[5] ومن طلب الغنى فليذهب الى رتبة القنوع فانّه حيث لا قنوع لا غنى ومن طلب الامن فليعتقد التمعنى لمفارقة[6] عالم الطبيعة وهو الموت الطبيعىّ ،

[1] R. et L. معلّمى; [2] R. et L. التوحّد; [3] R. et L. بالتوحّد; [4] pro والعلم والتحقّق R. et L. وبالعلم التحقيق; [5] ita W., R. وبالاشتراك يكون الكفر والشكّ والجهل, L. haec verba omisit; [6] pro التمعنى لمفارقة W. التمييز بمفارقة; Fleischer التمعنى mutavit in التعنّى.

carum gradum referri posse patet neque in gradum rerum rationis participum. Iam vero quod ad neutrum horum generum pertinet, id nihil omnino est neque in numerum eorum quae revera sunt referri potest, immo ex eis excludatur oportet. Quae praecepta perspicere studeas, o anima, et ratione duce ad summam nobilitatem tuam et primum domicilium tuum redeas.

6 Equidem omnes voluptates contemplatus sum, o anima, neque vero quidquam inveni quod magis voluptarium esset tribus rebus: scientia, copia, securitate. Quarum rerum unicuique radix est et fons qui eam profert. Scientiam si quis appetit, gradum animi ad sese revocati et in sese collecti ascendat: ita enim affecto animo efficitur cognitio, scientia, certitudo, animo autem distento et diducto efficitur ignoratio, inscientia, dubitatio. Copiam si quis appetit, temperantiae gradum ascendat, quia ubi non est temperantia, copia esse non potest. Securitatem denique si quis appetit, excessus e mundo naturae i. e. mortis physicae rectam notionem speciemque animo infigat.

٧ يا نفس ما دمت فى عالم الكون فاحذرى حالتين[1] هما مهالك
النفوس فاحذريهما وانحرفى عنهما انحراف الخائف الوجل وهما
النساء والاشربة المسكرة فانّ الواقع فى مصايد[2] النساء كالطائر الواقع
فى يد صبىّ لا عقل له فالصبىّ يلهو به ويلعب ويفرح بهجا مسرورا
والطائر فى خلال ذلك يتجرّع غصص الموت ويلقى انواع العذاب
٨ وكذلك يا نفس ينبغى ان تحذرى الشرب والسكر فانّ السكر
يجعل النفس كالسفينة الجارية فى تيّار الماء[3] وامواجه وليس فيها
ملّاح ولا مدبّر يدبّرها فكذلك النفس اذا فارقت العقل جرت
الطبيعة بها جريانا مثلا[4] لا ترتيب له ولا نظام فهلكت
وتلفت[5] ؛
٩ يا نفس انّ الشىء الذى يأتيك علمه[6] ثمّ[7] يعاودك نسيانه

[1] post حالتين R. et L. interponunt قول وجزم (Fleischer: *ein- für allemal*); [2] R. et L. يد; [3] R. et L. copiosius تيّار شدّة جرى الماء; [4] W. هيامًا; [5] W. وماتت; [6] W. علم; [7] W. ولم.

7 Quamdiu in mundo exsistendi es, o anima, duarum rerum consuetudinem caveas quae verae animarum pestes sunt, quare caveas eas ac timide pavideque eas fugias: mulieres dico et potus inebriantes. Is enim qui in mulierum plagas incidit avi similis est quae in manus pueruli incidit nullius consilii: puerulus quidem laetus atque hilaris pascitur ea luditque ac gaudet, avis autem interea mortis angores exanclat omnesque cruciatus subit.
8 Perinde, o anima, potandi cupiditatem et ebrietatem caveas oportet. Ebrietate enim anima similis redditur navi quae per aestum undarum et fluctuum aquarum aufertur sine nauta et gubernatore qui eam gubernare possit; perinde anima si a ratione deficit natura abripitur abreptaque incerto cursu sine ordine ac lege iactatur ita ut in perniciem incurrat atque intereat.
9 Si rem quandam cognoscis, o anima, postea autem eius

فتيقّني انّه انّما يأتيك علمه[1] من خارج ذاتك بمادّة تتوسّط بينك وبين علم ذلك الشيء فاذا عاودك نسيانه فانّما ذلك من قبل ظلمة الجسد واختلافه وثقله واجتذابه ايّاك الى ذاته واعاقته[2] لك بكثرة اضداده وتركيبه[3] فتعودين ناسية لما قد كنت ذكرتيه وجاهلة لما قد كنت علمتيه ومثل ذلك يا نفس كمثل البصر والمبصرات والظلمة والنور وذلك انّ البصر يكون في الظلمة فتكون المبصرات حاضرة بين يديه فلا يراها ويضعف عن ادراكها فاذا ورد اليه النور المضيء اعانه على ادراك مبصراته ومحسوساته التي كانت قبل ذلك غائبة عنه فكان ذلك النور سائقا له اليها ومتمّما له ادراكه ايّاها وجاعلها فيه بالفعل[4] بعد ان كانت فيه بالقوّة فما دام

[1] verba علمه ...... ثمّ in R. et L. desunt; [2] W. وعاقبة, R. et L. وعونه (Fleischer وعوقه); [3] W. وتحركته (?); [4] codd. بالعقل.

oblivisceris, persuadeas tibi scientiam eius extrinsecus te invadere materia quadam te inter et rei illius scientiam intercedente. Quare si eius oblivisceris, hoc e corporis natura repetendum est tenebricosi, sibi ipsi repugnantis, gravis, ad sese te attrahentis multisque ex quibus compositum est rebus inter se contrariis te retinentis, quo fit ut obliviscaris quod tenueras et quod noveras dediscas. Cuius rei ratio, o anima, eadem est ac ratio quae inter oculum et res aspectui subiectas tenebrasque ac lucem intercedit. Etenim oculus si tenebris circumfusus est, res aspectui subiectas etiamsi coram ipso positae sunt non videt neque percipere potest, sin incidente luce illuminatur, ea iuvatur ad perceptionem rerum aspectu cernendarum et sentiendarum quae antea eum fugerant. Itaque lux ista oculum ad res illas pertulit eumque facultate instruxit eas penitus percipiendi effecitque, ut res postquam antea non nisi in potentia in eo fuerunt, iamiam in actu in eo essent. Quare quamdiu

البصر واجدا لذلك النور[1] فهو واجد لمبصراته ومدرك لها فاذا فقد النور وعاودته الظلمة عاد الى فقده جميع محسوساته ولو دام
11 له النور ابدا لدام له[2] الادراك ابدا ما دام النور وعدم الظلمة فان كان قد اتّضح لك يا نفس انّ النور يأتي من قبل العقل والظلمة تأتي من قبل الجسد فينبغي لك يا نفس ان لا تأيسي[3] على فراق الجسد لشدّة اضراره بك وخذلانه اياك واعاقته لك عن ادراك معلوماتك[4] بل ينبغي لك يا نفس ان تأيسي[3] على مفارقتك عالم العقل لكثرة منافعه لك ومساعدته اياك على نيل مطلوباتك فانصرفي يا نفس عن الطبيعة زاهدة فيها قالية لها خائفة منها فازعة[5] الى عالم العقل الذي هو اصلك ونبعتك* ومعدن شرفك وعزك

* H. v. c. B. cum ceteris codd. rursus convenit; v. supra p. 36 l. 5 n.*.

[1] pro لذلك النور W. بالنور ذلك; [2] verba له النور .. له in R. et L. desiderantur; [3] R. et L. تتأسّفي; [4] post معلوماتك R. et L. addunt الدائمة الخفيّة; [5] W. فزاحةً, R. et L. pro فازعة exhibent حذرة من عواقبها.

oculus lucem illam sentit, res quoque aspectui subiectas sentit et percipit; sin lucem amittit rursusque tenebris circumfunditur, simul cunctas res quae aspectu sentiuntur amittit; si vero lux perpetuo ei maneret, perceptio quoque perpetuo ei maneret, quamdiu lux maneret et obscuratione vacaret. Quod si liquet 11 tibi, o anima, lucem a ratione, tenebras a corpore proficisci, non doleas oportet, o anima, quod e corpore excedes, quippe quo maximis detrimentis afficiaris deserarisque et destituaris atque a percipiendis rebus quae cognoscendae tibi sunt retinearis; immo doleas oportet, o anima, quod a mundo rationis disiuncta es, quippe quo plurimis emolumentis afficiaris atque ad res quae appetendae tibi sunt assequendas adiuveris. Aspernatione igitur odioque et timore affecta a natura avertaris, o anima, et ad mundum rationis confugias qui est radix tua et fons tuus propriaque sedes nobilitatis atque auctoritatis tuae,

تحيى بذلك الحياة الدائمة وتستكملى السعادة التامّة الكاملة،

يا نفس حتّى متى والى متى انت فى عالم الكون تطوفين واردة ١٢
وصادرة وذاهبة وراجعة تتّخذين القرناء[1] والخلّان فخليلا تتركين
وخليلا تتّخذين وتصحبين ليس من خليل تصحبينه[2] فيحسن
لك منه جانب الّا ولك[3] منه جانب[4] معتقدا لك الغدر والخذلان
وانت معتقدة له الوفاء والمساعدة يغشّك فتنصّحينه ويدنسك
فتطهّرينه[5]. فهو دائما يقابلك[6] بما فى جوهره وطبعه وانت دائما
تقابلينه[7] بما[8] فى جوهرك وطبعك ثمّ يعقبك بعد هذا كلّه

[1] R. et L. القرباء, B. الاقرباء; [2] R. et L. تصحّبتيه; [3] pro ولك B. لك (؟وآلان) ولان; [4] vocabula الّا .. جانب in W. desunt; [5] ita W., B. post والمساعدة pergit (l. يعتلّ) يقتل فيعتلّ وتصحّحينه ويتدنس فتطهريه, R. et L. ويدنس فتصحّحيه ونطهّرينه; [6] R., L., B. يقاتلك (Fleischer يقابلك); [7] B. قاتليه (l. تقابليه); [8] vocabula بما .... فى جوهره in R. et L. omittuntur.

ut vitae perpetuae particeps fias et beatitudinem consequaris perfectam absolutamque.

12 Quousque tandem, o anima, in mundo exsistendi huc et illuc, ultro et citro errabis et vagaberis, socios atque amicos tibi concilians, modo amicum dimittens, modo amicum tibi concilians atque adiungens? Nemo amicus quocum societatem inis alias tibi probatur, quin alias hominem se tibi praestet qui perfidiam et proditionem contra te in animo habeat quum tu ei fidem praestare et auxilium ferre cogites, qui simulando te decipiat quum tu sincerum eum esse putes, qui te inquinet et contaminet quum tu purum eum esse putes, qui denique universa substantia et natura sua tibi perpetuo repugnet aeque ac tu universa substantia et natura tua ei perpetuo repugnas; postremo vero post haec omnia amicitiam omnino dissociat di-

بالقطيعة[1] الكلّيّة والفراق القاطع على غير جرم اجرمتيه ولا ذنب
١٣ جنيتيه[2] فانت فى كلّ حين متجرّعة من الفراق غصصا وفاقدة الفا
وخليلا على غدرهم بك ووفائك لهم وظلمهم ايّاك وانصافك اياهم
لا عن[3] الآخر بالاوّل تنزجّين[4] ولا بطول تجربتك واختبارك[5] لهم
تتّعظين[6] وتعتبرين[7] فحتّى متى والى متى تصاحبين الاشرار الظالمين
والخونة الغادرين اهذا[8] جهل منك وعما ام تجاهل[9] وتعام[10] عن
الصواب ٬

[1] B. بالمقاطعة, R. et L. القطيعة; [2] B. adiicit ولا شرّ صنعتيه; [3] R. et L. على; [4] W. تنزجين; Fleischer exhibet تنزجّين, addita autem notae significatione in R. et (aut?) L. aliud quid exstare indicat, quod tamen casu quodam in annotatione omissum est; in B. vocabula تنزجّين ... لا non inveniuntur; [5] pro تجربتك واختبارك B. احسانك; [6] B. تتيقصين (l. تتيقّظين); [7] vocabula ولا بطول .... وتعتبرين in W. non exstant; [8] B. et W. هذا sine ا; [9] pro عما ام تجاهل W. وتجاهل; [10] R. et L. وتعاما quam lectionem utique vitiosam Fleischer recepit.

rumpitque et discindit licet tu nihil unquam commiseris vel commerueris. Tu autem nullo non tempore e separationibus 13 angores et maerores hauris familiarique et amico cares, propterea quod isti tibi fidem fallunt, tu istis fidem praestas, isti te iniuria afficiunt, tu istis aequam et probam te praebes, quum ea quae initio passa es non satis habeas sed etiam posteriora experiri velis neque diutino usu quo eos experta es et cognovisti monearis eumve documento tibi habeas. Quousque tandem homines istos malos atque iniustos dolososque ac perfidos sequeris? qua in re utrum es stulta et caeca, an stultam atque ad rectum caecam te esse simulas?

الفصل السادس*

يا نفس انّه لو شرب شارب من الماء شربة واحدة لقد كانت تلك 1
الشربة نقرّر في نفسه المعرفة بطبيعة الماء كلّه فانّ اختبار الجزء من
الشيء الفارد[1] يُنبى[2] عن جميع كلّيته وانّ الناظر الي كفّ من التراب[3]
قد رأى التراب كلّه وان اختلفت الوان التراب فليس جوهره مختلفا
ولا حدّه[4] وانّ المصاحب القرناء[5] الذين كلّهم من طبيعة واحدة وجوهر
واحد لعارف بانّ واحدهم ينبى عن جميعهم وقليلهم ينبى عن
كثيرهم فاقتصرى يا نفس على هذا الشرح واكتفى به[6] توفّقى
للسلامة والنجاة[7]

[1] B. البارد, W. الصادر, R. et L. الواحد; [2] B. et W. لينبى; [3] W. تراب; [4] vocabula ولا حدّه in R., L., B. desunt; [5] B. القربة, R. et L. القرباء والخلّان; [6] post به W. addit قياسةً; [7] W. pergit ان يشاالله (l. ان يشأ اللّه).

Caput sextum.

1 Si quis, o anima, unum solum aquae haustum biberet, ex eo ipso universae aquae naturae certam caperet notitiam. Parte enim usu cognita cuivis rei toti atque universae lux affertur. Is qui pugillum terrae intuitus est, simul terram universam vidit, quia etiamsi species terrae inter se differunt, substantia tamen et notio eius non differunt; similiterque is qui ad amicos se applicat, qui omnes unius sunt naturae et unius substantiae, certe intelliget unum eorum cunctis, paucos multis lucem afferre. Sed iam contenta sis, o anima, eis quae explicui eaque satis habeas, ut ad salutem et beatitudinem assequendam iuveris.

* Capita 6—8, iam sollemnitatis academicae causa typis exscripta, quod nunc paullo emendatiora prodeunt, humanissimis quum aliorum virorum doctissimorum tum Ill. Fleischerii admonitionibus debeo.

٢ يا نفس انّي ارى كلّ شكل يحنّ الى شكله وكلّ نوع ينضاف الى نوعه
فينبغى ان تكونى بهذا المعنى عارفة يا نفس انت صافية فلا
تصحبى كدرا[1] وانت نيّرة مضيّة فلا تصحبى مظلما[2] وانت حيّة
ناطقة فلا تصحبى ميّتا ابكم وانت عاقلة[3] عادلة فلا تصحبى
جاهلا جائرا وانت طاهرة نقيّة فلا تصحبى نجسا دنسا وانت
متصرّفة بالتمييز والارادة العقليّة فلا تصحبى المتحرّك حركة الهيام
٣ والالتباس والتشويش فان انت لم تتحقّقى شرحى هذا فأرينى
كيف يكون الاتّفاق فى معانيك التى ذكرتها بمعانى سواك ومن المحال
يا نفس ان يثبت لك اجتماع المخالفين فى معنى واحد فتيقّنى
يا نفس قولى وارجعى الى ما بيّنته لك ورسمته وحددته تجدى الحقّ
وتظفرى بالصواب ،

[1] W. الكدر; [2] W. الظلمة; [3] R., L., B. عالمة.

Simile semper simile appetere, aequale aequali se coniungere 2
video, o anima, quod verum esse ipsa quoque oportet agnoscas. Iam vero tu, o anima, munda, — quare noli societatem inire cum rebus immundis; tu lucida et splendida, — quare noli societatem inire cum rebus tenebricosis; tu vitae et orationis particeps, — quare noli societatem inire cum rebus vitae et orationis expertibus; tu intelligens et iusta, — quare noli societatem inire cum rebus nihil intelligentibus et iniustis; tu pura et candida, — quare noli societatem inire cum rebus sordidis et spurcis; tu proprio iudicio et voluntate rationali pollens, — quare noli societatem inire cum rebus quae solo impetu atque appetitu moventur caeco, incerto, confuso. Cui expli- 3
cationi si fidem non habes, ostendas mihi, quaeso, quo pacto ea quae tui propria esse dixi cum eis quae ceterarum rerum propria sunt convenire possint. Etenim incredibile est, o anima, te existimare duas res inter sese repugnantes in unam comprehendi posse notionem. Quare persuadeas tibi, o anima, ea quae dixi et normis eorum quae tibi exposui praescripsique atque accurate praecepi agendi rationem dirigas, ut verum invenias et rectum teneas.

يا نفس ما اشغل الغريق فى الماء عن صيد السمك وكُذلك ساكن ۴
الدنيا ما اشغله عن مقتنياتها ولذّاتها بخلاص[1] نفسه إن فطن
لسوء وقوعه فيها[2] يا نفس يكفيك[3] وانت فى عالم الحسّ ما تقاسينه
من الآتك[4] واضدادها واوساخها فلا تضيفى الى الآتك[5] شخصا[6]
آخر فتكونى كالغريق المرتهن فى البحر قد حمل على عاتقه حجرا
وما ارى[7] انّ غريقا ينجوا من البحر مجرّدا بنفسه[8] فكيف اذا حمل
على عاتقه آخر[9] غيره،

يا نفس انّ سلوك طريق النجاة من قِبَلك يكون بحسب ما تعرفينه ٥

[1] R. et L. عن خلاص, correxit Fleischer; [2] ita R. et L., W. exhibet عن مقاساتها (sic) وتمثى (l. وتمنّى) الخلود فيها ولذاتها بسوء وقوعه فيها, B. post ساكن الدنيا pergit اشغلته مقتنياتها عن خلاص نفسه; [3] W. غريك (?) ويكفيك, R. et L. تجربتك; [4] R. et L. آلتك; [5] R. et L. آلتك, B. داتك (l. vel ذاتك vel أداتك); [6] W. شيئًا; [7] B. سمع; [8] B. ان غريقا متفرّدا فى نفسه وبصعوبة ان ينجو من البحر; [9] B. شيئًا آخر.

4 Is qui aquis mergitur, o anima, sane (aliis rebus) ita occupatur et exercetur, ut pisces capere mittat. Perinde incola huius mundi, modo intelligat quam malo loco res suae in eo constitutae sint, anima sua servanda adeo occupatur atque exercetur, ut bona eius et voluptates missa faciat. Quamdiu in mundo sensuis es, o anima, e tuo corpore eiusque contrarietatibus et sordibus satis perpeteris. Quare noli alterum quemquam tuo corpori adiungere, ne ei similis fias qui aquis mersus est simulque lapide in cervicibus suis posito impeditur et retinetur. Eum qui aquis mersus est ne ita quidem e mari evadere posse arbitror, ut solus sit secum; quo pacto vero evadet, si praeter sese etiam alterum quendam in cervicibus portat?

5 Salutis viam si initura eris, o anima, ea respicies et se-

وتجرّبينه وذلك انّه ان كانت معرفتك بالمحسوسات فقط فانّه فى
وقت انتقالك الى ما علمتيه تنتقلين ونحوه تتوجّهين[1] وبه ترتبطين[2]
وان كانت معرفتك بالمعقولات وآثرتيها على غيرها فنحوها تتّجهين[3]
واليها تنتقلين وبها ترتبطين[4]،

٦ يا نفس هذه دار المحسوسات ودار المعقولات محضرة بين يديك
وكلاهما قد جرّبتيه وشاهدتيه فتخيّرى ايّهما شئت[5] لا مدفوعة
ولا ممنوعة واذهبى الى احظاهما عندك فان اخترت اللبوث فى دار
الحسّ فأقيمى على ما قد جرّبتيه وعرفتيه وان احببت المصير الى
دار العقل فينبغى لك قبل[6] الانفصال ان تتصوّرى معنى طريقك

[1] R. et L. تتّجهين, B. تبتهجين mutatum ex تنتهجين; [2] W. adiicit وفيه تخلدين; [3] B. تبتهجين (sic); [4] verba وان كانت .... ترتبطين in W. desunt; [5] post شئت R. et L. addunt على علم; [6] R., L., B. فى وقت.

queris quae cognoveris atque experta eris. Namque si ea tantummodo quae sub sensus cadunt cognoveris, quum (ex his rebus) emigres necesse erit, ad ea quae novisti proficisceris atque in ea versus converteris eaque amplecteris; sin ea quae sola mente intelliguntur cognoveris eaque ceteris praefers, in ipsa versus converteris atque ad ea proficisceris eaque amplecteris.

En, o anima, domicilium rerum sensibus subiectarum et 6
domicilium rerum sola mente intelligendarum ante oculos tuos posita. Utrumque experiendo cognovisti et coram vidisti. Iam utrumvis eligas — neque enim repulsam feres neque recusationem accipies — immigresque in id quod tibi iucundius et praestantius esse videtur. Si in domicilio rerum quae sub sensus cadunt permanere mavis, eis conditionibus quas experiendo cognovisti sedem colloces; sin in domicilium rerum quae sola mente intelliguntur abire vis, priusquam discedis speciem tibi informes oportet viae quam factura sis et rationis qua eam certo

وسلوكك اياه على ترتيبه محلّا بعد محلّ حتّى تنتهى الى محلّ[1] المستقرّ
فان كنت يا نفس ذاكرة لهذا الطريق[2] فاحذرى ان يحول بينك ٧
وبينه النسيان والخوف وقت الانفصال[3] فتضلّى وتتوهى[4] وان كنت
يا نفس ناسية لهذا الطريق فتذكّريه واستعينى على تذكّره بوصف
سالكيه وخابريه فانّهم ائمّة الهدى ومصابيح الدجا والادلّاء[5] على
المسلك الى الانتهاء[6] واعلمى يا نفس انّ كلّ شىء يذهب وينتقل الى
نحو العلو ينبغى ان يكون خفيفا صافيا نقيّا ليكون اسرع
لممرّه[7] الى غايته وانّ كلّ شىء يذهب نحو السفل ينبغى ان
يكون ثقيلا كدرا وعلى حسب كدره وثقله يكون سرعة ممرّه[8]
الى غايته ،

[1] B. المحلّ; [2] W. المحلّ; [3] R., L., B. الانتقال; [4] W. وتهلكى; [5] L. والادلى cf. supra p. 2 n. 3; [6] ita R. et L., W. pro الانتهاء exhibet انتها (Fleischer انتهاز) الفرصة وبلوغ العرض (l. الغرض) الاقصى, B. post الى pergit: العلا فلازمى افعالهم وارتبطى بادبهم فانك ان لازمتى فعلهم فمعهم تخلصين; [7] لممرّه W. omittit, B. praebet الممره (الممرّة?); [8] pro وعلى حسب .... ممرّه B. ليكون اسرع الممره.

ordine, stationem post stationem, emetiaris usquedum ad sta-
7 tionem quietis perpetuae pervenias. Quod si viam istam animo tenes, o anima, cave tempore emigrandi inter te et ipsam oblivionem et timorem intercedere patiaris, ne aberres et vageris; sin nihilominus eius oblivisceris, o anima, in memoriam revocare eam studeas, cuius rei causa narratione eorum utaris qui eam iam emensi atque experti sunt; ei enim sunt antistites recti ductus, tenebrarum lumina, duces atque indices semitae qua finem assequaris. Scias denique, o anima, necesse esse omne quod sursum versus spectat ferturque leve sit mundumque et purum, ut celeriter eo quo tendit perveniat, omne autem quod deorsum spectat grave sit et immundum, quum quo immundius est et gravius eo celerius eo quo tendit perveniat.

٨ يا نفس انّ الاضياف[1] الشريفة ترد من عالمها الى عالم الطبيعة
ورود مختبر له فاذا استعملت الآلات التى تشاهد بها الطعوم والروائح
والمبصرات * وجميع الاشياء[2] المبصرة[3] العارضة فى الحسّ نسيت
عالمها وجميع ما فيه وظنّت انّه لا شىء غير مشاهدتها[4] فى الحسّ
فحينئذ تنسا عالم العقل وتعدم ذكره فاذا زالت[5] عن النوع
الناطق قيل انّها قد ماتت ومضت مع جريان الطبيعة فمتى عادت
الى الكون الاوّل ثمّ ذكرت عالمها بعض الذكر قيل انّها قد حيّت
٩ من مماتها وحينئذ تتعلّق بالمعنى الذى قد ذكرته مستكشفة له
وباحثة عنه وعن جميع المعانى التى نسيتها اوّلا فكلّما عقلت شيئًا

* In h. v. R. et L. desinunt; cf. supra p. II.

[1] B. et W. الاصناف; [2] B. الات (sic); [3] pro المبصرة . وجميع W. وجميع ما فيه الالات; [4] B. غير ما فى مشاهدته; [5] B. زلت.

8 Illustres illi hospites, o anima, e suo mundo in mundum naturae descendunt, ut eum experiantur. Iam vero si instrumenta (sensuum), quibus res gustatui, odoratui, aspectui subiectas omniaque quaecunque in mundo sensus cernuntur atque exstant sentiunt percipiuntque, usurpant, suum ipsorum mundum cunctaque quae in eo sunt obliviscuntur putantque praeter ea quae in mundo sensus coram spectant aliud quidquam non inveniri. Exinde mundi rationis (prorsus) obliviscuntur eiusque memoriam amittunt, quo facto si ad speciem rerum rationis compotum referri non amplius possunt mortui esse dicuntur et naturae cursu ablati interiisse. Sin autem ad priorem exsistendi rationem revertuntur et sui mundi aliquo pacto reminiscuntur, e morte revixisse dicuntur. Tum speciei cuius recordati sunt
9 inhaerent eamque penitus perspicere student atque exquirere neque eam solum sed simul cunctas species quarum initio obliti sunt, qua in re quotiescunque aliquid ex eis quae obliti sunt

مّما نسيته تجلّى بصرها وقويت صحّتها وفارقت مرضها وعند ذلك تدرك ببصر عقلها انّ جميع ما هى مشاهدة له فى عالم الحسّ انّما هو[1] خيالات اشياء لا اشياء بالحقيقة وخيال الشيء هو ظلّه بالحقيقة[2] على وجه الارض والماء وانّما عرض للنفس مرابطة اشكال الانواع دون الانواع عينها بنسيانها عالم العقل اوّلا عند ورودها الى عالم الحسّ وبتأمّلها هذه المعانى وذكرها لها تكون صحّتها من مرضها وعقلها بعد جهلها فتذهب راجعة الى تأمّل[3] المعانى الحقيقيّة[4] والحياة الدائمة السرمديّة.

يا نفس تأمّلى قولى وافقهيه واعلمى ان العقل للنفس كالاب والطبيعة كالزوجة وانّ للنفس[5] جهتين تميل اليهما فتارة تميل نحو العقل[6]

[1] هو in W. desideratur, B. scribit هى; [2] vocabula وخيال ... بالحقيقة in B. desunt; [3] pro الى تأمّل W. تام الحفمه, B. بتامل; [4] B. الخفية; [5] codd. النفس; [6] vocabula فنارة .. العقل W. omisit.

intelligunt, oculus eorum (magis magisque) caligine liberatur, valetudo eorum corroboratur atque ex aegrotatione evadunt. Simul mentis oculo comprehendunt, omnia quaecunque in mundo sensus coram spectant nihil esse nisi rerum imagines, non res veras. Est autem imago rei revera umbra eius qualis in terra vel aqua invenitur. Quod vero anima studio simulacrorum variarum rerum specierum capta erat et tenta, non rerum ipsarum, ideo ei accidit, quod initio quum in mundum sensus descendit rationis mundi oblita est; eo autem quod species istas contemplari incipit earumque reminiscitur, ex aegrotatione revalescit resipiscitque postquam insciens fuit, quo quidem fit, ut discedat et ad contemplationem specierum verarum et vitam perpetuam ac sempiternam redeat.

Contempleris, o anima, ea quae dicturus sum atque intelligere ea studeas sciasque rationem animae quasi patrem esse, rerum naturam quasi uxorem. Anima autem utramque in partem sese

بالمناسبة كالمناسبة التى[1] بين الاب والابن وهذا هو العقل الطبيعىّ
الحقيقىّ[2] وتارة تميل نحو الطبيعة كالعاشق الذى يعشق زوجته[3]
١١ وهذا هو العقل العرضىّ الزائل فتأمّلى يا نفس الرجل اذا خلا مع
زوجته كيف تقابله بالملاعبة والضحك والملق وتكلّمه بالطف ما
يكون من الكلام وارقّه وليس ما تبدى من ظاهرها[4] كباطنها لانّها
انّما تفعل ذلك لتستعبده به وتستعمله فى اغراضها[5] وتسوقه الى
المهالك[6] فانظرى يا نفس الى[7] فعل الزوجة كيف تسقى العسل
١٢ مخلوطا بالسمّ القاتل الردىّ العاقبة ثمّ تأمّلى يا نفس الرجل اذا
خلا مع ولده كيف يقابله بالعتب والتوبيخ ويكلّمه بامرّ الكلام

[1] pro التى . بالمناسبة B. المنافقة (sic); [2] uterque cod. الخفى; [3] B. post الطبيعة pergit بالهوى كالعشق الذى يكون بين الرجل وزوجته; [4] B. ليس ظاهر ما تبدى; [5] فى اغراضها B. om., W. exhibet فى اعراضها; [6] verba quae sunt وتسوقه الى المهالك in W. non inveniuntur; [7] W. أن, B. istud vocabulum misit.

inclinat: modo ad rationem prae cognatione qualis inter patrem et filium intercedit, qua quidem in re cernitur ratio naturalis et vera; modo ad naturam in modum eius qui uxoris amore flagrat, qua quidem in re cernitur ratio accidentalis et fugax.
Iam vero contempleris, o anima, quemadmodum uxor virum, si solus est cum ea, ludo risuque et blanditiis excipiat et quam fieri potest dulcissime et mollissime cum eo loquatur. At vero alia prae se fert, alia in animo habet, quia ideo tantummodo istum in modum se gerit, ut virum in servitutem ipsius redigat eoque ad ea quae ipsa intendit uti possit atque ad loca periculosa adeunda eum impellat. Spectes igitur, o anima, quemadmodum uxor mel hauriendum praebeat mixtum veneno mortifero atque exitioso. Porro contempleris, o anima, quemad- 12
modum vir, si solus est cum filio suo, severis admonitionibus et gravibus castigationibus eum excipiat et quam amarissime

واخشنه وليس ظاهره ما يبدى من ذلك كباطنه لانّه انّما يريد
بذلك تشريفه ومنفعته[1] فى جميع حالاته فانظرى يا نفس الى
فعل الاب كيف يسقى الدواء المرّ الكريه لولده[2] مخلوطا بالصحّة
والحياة وحسن العاقبة فافهمى يا نفس هذه المعانى فما كان حقّا
فخذيه وما كان باطلا[3] فدعيه واطرحيه،

١٣ يا نفس انّما اليك اخاطب واليك اشير واياك اريد انّما الطبيعة
زوجتك والعقل ابوك وانّ لطمة من ابيك خير من قبلة من زوجتك،

١٤ يا نفس انّه لا بدّ لك من ابيك لانّه لا شىء يقطع المناسبة
بينك وبينه البتّة لا الفرقة ولا الاجتماع ولا الغضب ولا الرضا بل
المناسبة ثابتة على كلّ حال لا يمكن زوالها لانّه قد يمكن ان
يخلّى الرجل زوجته فتنقطع علائقه منها ولا يمكنه ان ينتفى من
والده وياخذ له والدا غيره،

[1] W. ليشرفه وينفعه; [2] W. لمنفعته; [3] B. مخالفًا.

atque asperrime cum eo loquatur. At vero alia prae se fert, alia in animo habet, quia ista agendi ratione nihil aliud petit nisi ut filio emolumento sit atque utilitati in omnes vitae conditiones. Spectes igitur, o anima, quemadmodum pater medicamentum sumendum praebeat amarum quidem et filio ingratum, at sanitate, vita prosperoque exitu mixtum. Quae praecepta intelligere studeas, o anima, eaque quae vera sunt arripias, ea quae vana mittas et reiicias.

13 Te, o anima, appello, te specto, te volo. Rerum natura est uxor tua, ratio pater tuus. Colaphus a patre tuo ductus praestat suavio ab uxore tua dato.

14 A patre tuo te abiungere, o anima, nullo pacto potes, quia cognatio quae te inter et illum intercedit nulla omnino re dirumpitur, neque separatione neque convictu neque ira neque voluntate, immo cognatio in omni conditione stat et manet, quia (facile quidem) fieri potest, ut vir uxorem suam dimittat ita ut necessitudo quae ei cum illa est dirumpatur, at vero patrem suum repudiare et alterum patrem sibi sumere non potest.

١٥ يا نفس انّه بطاعتك للعقل تحيين وتشرفين وبعصيانك إيّاه وطاعتك للطبيعة تموتين وتنحسين فتصوّرى يا نفس حقيقة هذه المعانى وتمثّلى بها توفّقى للسعادة وتستكملى الرشاد[1]،

الفصل السابع

١ يا نفس حتّى متى والى متى انا سائق لك الى طريق النجاة والمنفعة[2] فلا تنساقين وانت سائقة لى الى طريق الهلكة والمضرّة[3] فلا أنساق معك[4] فاذا كان قد وجب هذا الخلف[5] بينى وبينك فليس هاهنا يا نفس غير المفارقة فاذًا[6] نفترق[7] يا نفس ويمضى[8] كلّ واحد منّا الى حيث يهوى ويريد،

[1] vocabula توفّقى . . الرشاد in W. desunt; [2] B. addit ولك (l. لى ولك); [3] B. pergit لى ولك; [4] verba فلا . . معك W. omittit; [5] B. الحدّ; [6] B. فاذ (l. فأن); [7] W. تفترق; [8] pro نفترق . . ويمضى B. يفترق.

Si rationi obedis, o anima, vitae et felicitatis particeps fies, sin rationi non pares sed naturae obedis, mortem subibis et infelicitatem. Quorum praeceptorum veritatem cogitatione informes tibi atque effingas, ut ad beatitudinem assequendam iuveris et facultatem nanciscaris rectae viae tenendae. 15

Caput septimum.

1 Quousque tandem, o anima, ego te ad salutis atque emolumenti viam ingrediendam impellam, tu vero non impelleris, tu me ad perniciei et detrimenti viam ingrediendam impelles, ego vero ut unam tecum viam capessam non impellar? Quod si ista discrepantia inter me et te intercedat necesse est, nihil relinquitur, o anima, nisi separatio ita ut discedamus, o anima, et uterque nostrum eo abeat quo ipse vult et tendit.

يا نفس ما انت منصفة ولا عادلة ولا عاقلة ابوك مقبل عليك ٢
بتأديبه[1] ومعاتبته النافعة لك عواقبها اللذيذة ثمارها وانت
معرضة عنه ومقبلة على زوجتك وخداعها وتضلالها[2] ولطف ملقها
المثمر لك الأحزان والهموم والمخافة والفقر،

يا نفس انه ان فاتتك فرصة العمل بالصحة فى اوان العمل[3] ٣
فاتتك حلاوة الاستثمار والثواب على صالح الاعمال[4] فانه من لم
يغرس الشجرة فى اوان الغرس لم يتلذذ بالثمرة عند اوان إدراك
الثمر فتيقنى يا نفس قولى هذا وافهميه ان كنت حية عاقلة وان
كنت ميتة جاهلة فما ابعد تيقنك اياه وفطنتك له،

يا نفس تيقنى ان الاضياف[5] الشريفة انما وردت الى عالم الكون ٤
لتختبره فلما وردته وشافهت معانيه نسيت عالمها العقلى

[1] B. adiicit لك; [2] B. وظلالها, W. وظنونها; [3] vocabula العمل . . بالصحة in B. desiderantur; [4] verba الاعمال . . والثواب B. omittit; [5] uterque codex الاصناف.

2 Nequaquam aequa es, o anima, nec iusta nec prudens. Pater tuus ad te se convertit institutione atque eruditione et admonitionibus quarum exitus tibi salutares et fructus voluptarii sunt, at tu declinas ab eo converterisque ad uxorem tuam eiusque fallacias, illecebras suavesque blanditias quae fructum tibi ferunt aegritudinum, curarum timorisque atque egestatis.

3 Si tempore agendi occasionem recte et apte agendi amittis, o anima, amittis quoque dulcedinem fructus percipiendi et praemii bene factorum. Etenim si quis tempore serendi arborem non serit, tempore fructuum maturitatis non delectatur fructu. Quare persuadeas tibi, o anima, ea quae dixi atque intelligere ea studeas, si quidem vitae et rationis particeps es, sin expers es, vel plurimum (nimirum) abest quin ea tibi persuadere et perspicere possis.

4 Persuadeas tibi, o anima, illustres illos hospites ideo in mundum exsistendi descendisse, ut eum experirentur. Iam vero postquam in eum pervenerunt et res eius cognoverunt, rationa-

وجهلت ذاتها[1] الصوريّة فمتى[2] ادركت[3] ذكر[4] ما نسيته فقد صارت مشاهدة للحالين جميعا ومميّزة بينهما كالشرف والخساسة وملكت التخيّر فى ان تلبث عند ايّهما شاءت فاذا ادركت ببصيرة عقلها علوّ المرتبة الشريفة[5] على دنوّ المرتبة الخسيسة فحينئذ تؤثر[6] الرجوع الى مناسبها بالمعنى الذى به تتّصل[7] وتنفصل ممّقارنها بالعرض نابية[8] عنه زاهدة فيه فتحقّقى ذلك[9] يا نفس فانّ لك تحته راحة كثيرة[10] وفائدة عظيمة وسعادة دائمة باقية[11]،

٥ يا نفس انّ المواعظ والتنبيه صقال النفوس من الصداء وانّ المرآة الصدئة بالعرض انسريع الزوال يمكن للصقال جلاءها وانّ المرآة التى

[1] W. الذتها (sic); [2] B. فماذا (l. فاذا); [3] B. استدركت (استذكرت ?); [4] B. وذكرت; [5] pro الشريفة .... ايّهما B. الرتبة الشريفة وتختارها; [6] B. ترتد (تريد ?); [7] pro به تتّصل B. هى به; [8] B. رافعة (l. راغبة); [9] B. بذلك; [10] B. كبيرة; [11] B. مضيّة.

lis ipsorum mundi obliti sunt et conscientiam immaterialis ipsorum essentiae amiserunt. Sin autem ea quae obliti sunt reminiscuntur ac recordantur, utramque conditionem coram spectant et alteram ab altera velut praestantiam a vilitate distinguunt simulque optione utuntur in utrovis permanendi, quare si mentis acie intelligunt quantopere gradus ille praestans gradu vili sublimior sit atque excelsior, ad ea quibuscum ipsa natura qua utuntur cognati sunt redire malunt eaque quibuscum per accidens coniuncti fuerunt relinquunt, respuentes ea atque aspernantes. Quod certo cognoscas, o anima, quippe ex quo multum solatium perceptura sis, fructum praeclarum, felicitatem perpetuam et sempiternam.

Admonitionibus, o anima, et animadversionibus animae li- 5
mantur et levigantur atque a robigine liberantur. Iam fieri quidem potest, ut speculum quod robigine affectum est per accidens celeriter cessans limando et levigando poliatur; at vero in spe-

قبلت الصداء بالعرض الثابت البطئ الزوال الخارج عن حدّ القوّة الى حدّ الفعل فقد صار لها ذلك الصداء طبعا ثانيا ثابتا مستحكما فلن ينجح فيها عمل الصيقل[1] ولا يستخرج الصداء منها الّا باعادتها الى النار والسبك وكذلك النفوس العرضيّة الكدرة تنجلى بالتنبيه والمواعظ فتذكر سالفات امورها فامّا النفوس الطبيعيّة الوسخة الكدرة[2] فليس يجلوها الّا دخولها الى مرتبة العذاب وطول لبوثها فيه وتردّدها اليه

يا نفس كم يتردّد الذهب الكثير الغشّ الى النار قبل يصفو ويتهذّب[3] وكم يدخل العود[4] المعوجّ النار قبل ان ينقوّم[5] وكم تعاود الحنطة فى الغربال قبل يذهب غلثها ودغلها[6] وكم ٦

[1] pro عمل الصيقل B. الجلا; [2] pro الوسخة الكدرة B. الكثيرة الوسخ والكدر; [3] verba قبل . ويتهذّب in W. desunt; [4] ita uterque codex; [5] pro قبل . ينقوّم W. لتقويمه; [6] pro قبل . . ودغلها W. ليذهب دغلها.

culo, quod robiginem contraxit per accidens constans et tarde cessans atque e gradu potentiae in gradum actus progrediens ita ut iamiam alterius speculi naturae constantis atque inhaerentis vim obtineat, politoris opera nihil proficit nec robigo ab eo auferri potest nisi ita ut rursus in ignem mittatur et obrussam. Perinde animae per accidens immundae animadversionibus et admonitionibus poliuntur, ita ut conditionis qua antehac usae sunt reminiscantur; at vero animae natura sordidae atque immundae non nisi ita poliri possunt, ut gradum miseriae ingrediantur et diu in ea permaneant iterumque atque iterum eam subeant.

6 Quoties, o anima, aurum cui multum inest vitii in ignem remittitur priusquam liquidum et purum evadit! Quoties radius curvus ignem subit priusquam rectus fit! Quoties triticum in cribrum revertatur necesse est priusquam res quibus mixtum et corruptum est remotae sunt! Quoties denique animae impurae

تشافه[1] النفوس الخبيثة الصدئة الوان[2] العذاب قبل ان تستقيم وترجع، . .

يا نفس انّه لا يمكن احدا[3] ان يعرف فضل حلاوة العسل[4] على مرارة الصبر دون ان يذوقهما جميعا ويعلقهما بالتمييز[5] وكذلك لا يمكن النفس ان تعرف فضل حلاوة النعيم على مرارة العذاب دون ان تذوقهما جميعا وتعلقهما،

يا نفس كم بين الخارج من شئ[6] قد خبره وذاقه فزهد فيه ٧
وبين الداخل اليه الراغب في ان يختبره ويذوقه،

يا نفس انّ المقاتل في الحرب يتمنّى الخروج منه لكرب القتال وثقل السلاح والذى لم يشاهد الحرب قطّ يشهى ان يلاقيه ويذوقه فان قلت[7] يا نفس انّك قد[8] وصلت الى غايتك ممّا

[1] B. تسافه; [2] B. بالوان; [3] احدا B. om.; [4] post العسل B. interponit وبتمييز; [5] بالتمييز B. om.; [6] W. الشيء; [7] W. قبلت; [8] verba انك قد in W. desiderantur.

et robigine affectae omnem miseriam experiantur necesse est priusquam rectam rationem capessunt et convertuntur!

Quantopere mellis dulcedo amaritudini aloes praestet nemo, o anima, agnoscere potest, nisi utrumque gustavit et distinctione cognovit. Perinde anima quantopere felicitatis dulcedo amaritudini miseriae praestet agnoscere non potest, nisi utramque gustavit et cognovit.

Quam multum interest, o anima, inter eum qui rem quan- 7
dam, postquam expertus est eam et gustavit, aspernatione affectus relinquit et eum qui rem illam adit, experiri eam et gustare concupiscens!

Is qui in proelio pugnat, o anima, ex eo abire exoptat propter pugnandi acerbitates et gravitatem armorum; is autem qui nunquam proelio interfuit subire illud et gustare cupit. Si igitur ab eis quae experta es, o anima, ad ultimum finem

قد جرّبتيه فارجعى الآن الى نهايتك ممّا كنت فيه ونسيتيه[1]،

٨ يا نفس متى اردت الاعتبار الاكبر فانصرفى الى تأمّل الشىء الابدىّ الديمومة الازلىّ الغاية السرمدىّ المشاهدة[2] والذى هو مبدئ الاشياء كلّها عند ظهورها ومعيدها[3] عند دثورها والذى هو باسط الاشياء وقابضها ومبدئها ومعيدها وواضعها ورافعها[4] كلّا[5] من بعد كلّ وفرعا[6] من بعد فرع،

٩ يا نفس تأمّلى الاشياء الجزويّة كيف تضعف قواها عن الثبات والديمومة فتدثر[7] عن كيانها وترجع الى كلّيّاتها وكذلك الاشياء الكلّيّة تضعف عن المساواة فى الديمومة الاصلّ[8] الفردىّ الازلىّ فتدثر

[1] pro ونسيتيه فيه B. قد نسيتيه; [2] B. المشافه (المشافهة?) additque ان لا حدٍ (sic) مشافه شىء سرمدى; [3] B. ومغيبها; [4] verba ومعيدها . ورافعها in B. desunt; [5] W. كلّ; [6] W. وفرع; [7] B. فترتد; [8] B. والاصل, W. الاصلى.

tuum pervenisse te existimas, iamiam ad summum terminum tuum ab eis in quibus antea fuisti quorumque oblita es redeas.

8 Sin autem maximam quaestionem appetis, o anima, ad contemplationem eius convertaris, qui et fine omnino caret neque unquam exordium sumpsit et ab aeterno atque in aeternum (in rebus creatis) praesens conspicitur, qui ipse omnes res quum prodeunt evocat, quum evanescunt removet, qui res explicat et complicat, evocat et removet, ponit et tollit, totum post totum, particulare post particulare.

9 Contempleris, o anima, quemadmodum res particulares stabilitati et perpetuitati impares sint evanescantque et propriam exsistentiam amittant atque ad res universales ad quas pertinent redeant. Perinde res universales primum illud principium unum solum atque aeternum perpetuitate aequare non possunt viribusque suis dilabentibus et tempore suo finito simul omnes

عند انحلال قوّتها[1] وتناهى مدّتها[2] دفعة واحدة وكذلك توجد الاشياء تارة بالفعل وتارة بالقوّة دائما سرمدا ٭

يا نفس كم بين[3] خليل يرزأك ويحسدك[4] ويحوجك ويفقرك ويحزنك ويفزعك ويغمّك ويجهّلك ويغشّك ويكدّرك تتشهّين[5] البصر فيعميك وتحاولين الرشاد فيطغيك يقيّدك[6] بالمقتنيات[7] الزائلة البائدة التى لا حقيقة لها ويمنّيك الامانى الكاذبة الخسيسة التى لا وجود لها فانت[8] بائسة ابدا محتاجة فقيرة خائفة حزينة ذليلة مسكينة مظلمة صدئة مستعبدة كلّما اغنيتيه ازداد فقرا وكلّما طهّرتيه ازداد نجاسة ودنسا وكلّما صحّحتيه ازداد مرضا وانتقاصا تتوهّمين دوام خلّته وثباته وهو مسرع بجريانه الى تركك والذهاب ١٠

[1] B. قواها; [2] B. مددها; [3] B. من; [4] W. ويساخرك;
[5] B. تتجهين, W. تنتهجين; [6] B. ويقيدك, W. يقينك (يقنيك?);
[7] W. المقتنيات; [8] B. post فانت addit بسببه.

evanescunt. Perinde universae res perpetuo ac sempiterno modo in actu inveniuntur modo in potentia.

Quam multum interest, o anima, inter amicum qui tuis spoliis suam rem auget, invidet tibi atque obtrectat, in necessitatem et egestatem te adducit, aegritudinibus, angoribus, maeroribus te afficit, stultam te reddere, fallere, inquinare et contaminare studet, qui quum videre concupiscas te occaecat, quum rectam viam sequi velis in errores te inducit, qui denique bonorum fugacium et caducorum quibus nulla est veritas studio te imbuit et cupiditatem tibi facit rerum mendacium et abiectarum quibus nulla est realitas; unde fit ut tu perpetuo inops sis indigensque et egena, timore et tristitia cruciata, abiecta et contempta, tenebris circumfusa, robigine infecta, servituti obnoxia; quoties locupletas eum egenior fit, quoties purum eum reddis immundior et sordidior, quoties sanas eum aegrotior atque infirmior; tu amicitiam eius perpetuam ipsumque constantem esse opinaris, iste vel celerrime animum inducit ut a 10

عنك حينئذ يذيقك غصص الفراق وتوهان العقل[1] وهذا كلّه
يجرى عليك بضلالتك ونقصك وعمائك وجهلك فكم بين هذا 11
الخليل يا نفس وبين خليل غيره تصحبينه ان افتقرت اغناك وان
ضللت هداك وان جهلت علّمك وان عميت بصّرك لن يلزمك
غلبة[2] مؤونة[3] ولا كلفة ولا اهتمام ولا خدمة وهو ابدا معك لا
تذوقين لخلّته[4] انقطاعا ولا لوجوده فقدا[5] ولا فراقا كلّما دمت معه
اكتسبت من شرفه شرفا ومن نوره نورا ومن حياته حياة ومن علمه
وبصيرته علما وبصيرة ومن غنائه وعزّه غناء وعزّا يقنيك المقتنيات
الدائمة الابديّة ويفيض عليك باللذّات[6] الموجودة الخفيّة فانت معه

[1] pro وتوهان العقل W. وهوان الفقر; [2] غلبة in B. deest, in W. exstat علبة; [3] B. مونة; [4] W. بخلته; [5] B. فقرا (num غدرا?); [6] W. بالصّلات, B. بالصلاة.

te deficiat atque discedat, exinde dolores separationis et mentis errorem tibi affert, quae quidem omnia tuis tibi accidunt er-
11 roribus, imprudentia, caecitate, stultitia; — quam multum igitur interest, o anima, istum amicum inter et alterum amicum quocum societatem inis, qui si egena es te locupletat, si erras in rectam viam te reducit, si insciens es docet te atque instituit, si caeca es visum tibi reddit; nequaquam multas molestias tibi imponet vel labores vel curas vel operas simulque perpetuo una tecum erit neque unquam amicitiam eius dirumpi vel te eum amittere eumque te relinquere senties; quoties autem una cum eo es, a praestantia eius ipsa quoque praestantiam tibi paris, a luce eius lucem, a vita eius vitam, a scientia eius et intelligentia scientiam et intelligentiam, a copia eius et auctoritate copiam et auctoritatem; (postremo) bonis perpetuis et sempiternis te auget et veras atque a sensibus remotas voluptates in te effundit; denique una cum eo quaestum

رابحة غير خاسرة فتمثّلى[1] هذا للخليل يا نفس واقترنى به[2] وانضافى اليه[3]،

الفصل الثامن

١ يا نفس انّ من كان له حبيب ففقده[4] ثمّ وجد مع فقده ايّاه عوضا منه وبديلا يوشك ان يسلاه وينساه ولا سيّما اذا كان الآتى[5] اوفق واحمد[6] من الماضى ومن فقد حبيبا ثمّ لم يجد منه عوضا يوشك ان يطول حزنه وتعظم حسرته ومن السياسة يا نفس إن كان لك خليل انت متحقّقة لفقده وفراقه أن ترتادى منه بديلا
٢ وعوضا وتلتمسى لك صاحبا وقرينا[7] ومن الواجب ان يكون

[1] B. فيمثل; [2] B. اقتربى misso به (sic); [3] B. واليه انضافى وبه اتحدى; [4] W. فقده, B. وفقده; [5] الآتى B. om.; [6] W. احد (أَحَدّ?); [7] B. قريبا sine و.

facis, non iacturam. Eum igitur amicum cogitatione tibi effingas, o anima, et coniungas te cum eo atque ad eum te applices.

Caput octavum.

Si quis, o anima, amicum habet eumque amittit simulat- 1
que vero amisit eum aliquem invenit qui eius loco esse et vice fungi possit, mox illius memoriam abiiciet ac deponet, praesertim si novus amicus priore coniunctior (ipsi) est et praestantior. Sin autem quis amico amisso neminem invenit qui eius loco sit, paullum abest quin diutina tristitia et gravi maerore afficiatur. Quare est hoc recte vivendi praeceptum, o anima, ut si amicum habes quem certo scis te amissuram eumque a te discessurum esse, prospicias tibi aliquem qui eius vice fungatur eiusque loco
sit sociumque tibi quaeras et familiarem. Oportet autem poste- 2

المستأنف اوفق واحمد[1] من الماضى فانّه من فقد شيئًا ثمّ وجد ما هو خير منه تحوّلت مصيبته نعمة وحسرته فرحا وسرورا،

يا نفس من[2] قبل مزايلتك عالم الكون والفساد تمكّنى من مواصلتك عالم العقل ومن قبل مفارقتك قرينك الغادر الدنئ الفانى تخيّلى فراقه وتمثّليه وتخلّى عنه مهلا مهلا واستقبلى مواصلة خليلك الآتى[3] وأْنَسى به وانضافى اليه مهلا مهلا،

٣ يا نفس انّه من كان ساكن منزل فبغضه واراد الخروج عنه فينبغى له ان يرتاد موضعا غيره قبل نقلته فانّه من[4] انتقل من موضع ولم يعرف موضعا غيره ينتقل اليه يوشك ان يبقى تائها مضطرّا والاضطرار يلجئه الى السكنى حيث وجد على غير ترتيب ولا

[1] W. احد (?); [2] B. فمن; [3] الآتى B. om.; [4] pro فانّه من B. فان.

rior amicus priore coniunctior (tibi) sit et praestantior. Etenim si quis aliquid amittit exinde vero aliquid invenit quod illo melius, casus eius adversus in casum secundum convertitur et maeror eius in gaudium et laetitiam.

Priusquam mundum exsistendi atque intereundi relinquas necesse est, o anima, idoneam te reddas quae cum mundo rationis coniungaris et priusquam a socio tuo perfido, abiecto, caduco discedas necesse est, discessum ab eo cogitatione tibi informes atque effingas et sensim sensimque ab eo te disiungas simulque coniunctioni cum futuro amico tuo obviam properes eique assuescas et sensim sensimque ad eum te applices.

3 Si quis, o anima, in sedem in qua habitat odium concipit atque ex ea emigrare vult, priusquam emigrat alium locum sibi quaerat oportet. Is enim qui e loco quodam emigrat neque alium locum novit in quem immigret paullum abest quin perpetuo errore vagetur et (certa sede) egeat. Hac enim inopia adigitur ut temere ac sine delectu quocunque locorum

اختيار فلعلّه يسكن بالضرورة في موضع شرّ[1] من موضعه الاوّل فينتغص[2] عيشه وتتكدّر حياته،

٤ يا نفس انّه ما من احد يسكن في موضع[3] [ضيّق خراب وحش] الّا وهو يشتهي ان ينتقل منه الى موضع[4] ما هو اشرف من الاوّل واوسع وابهى فما بالك انت يا نفس تؤثرين السكنى في المساكن المظلمة الخرابة الوحشة وتتركين المساكن النيّرة المضيئة الانسيّة فحتّى متى تكونين من عمّار الخرابات[5] الوحشة وتكون مساكنك الحقيقيّة[6] منك معطّلة[7] خالية،

٥ يا نفس تيقّني ما اقوله لك وتدبّريه[8] وان[9] كنت متحقّقة لشيء[10] غير ما تدركينه[11] بالحواسّ الخمس فقد توجّهت الى طريق نجاتك

[1] B. اشر; [2] B. فينتغص; [3] post موضع in utroque codice lacuna exstat fere verbis quae uncis inclusi explenda; [4] موضع W. om.; [5] pro من عمّار الخرابات B. عمارةً للخرابات; [6] W. الاوّلة; [7] W. مظلمة; [8] B. وتذكريه; [9] B. ان sine و; [10] B. بشي; [11] W. تذكرينه, B. تذكريه.

devenerit ibi domicilium collocet, forsitanque necessitate coactus loco quodam sedem constituit qui priore loco suo peior est, quo fit ut felicitas eius interpelletur vitaque turbetur.

4 Nemo unus, o anima, loco habitat [angusto, deserto, vasto], quin ex eo emigrare cupiat in locum quendam qui priore praestantior est, amplior, amoenior. Cur igitur tu, o anima, in habitationibus tenebricosis, desertis, vastis habitare mavis et lucidas illas, splendidas, amoenas habitationes missas facis? Quousque tandem in regionibus desertis et vastis commoraberis, habitationibus vere tui propriis te orbatis vacuisque relictis?

5 Persuadeas tibi, o anima, ea quae tibi dico et perpendas ea, quia si praeter ea quae quinque sensibus percipis etiam aliud quid cognitum et persuasum habes, in salutis tuae viam

وإن كنت لم تتحقّقى شيئا[1] من الاشياء الّا ما تشاهدينه ببصر الجسد وسمعه وذوقه وشمّه ولمسه فأنت اذًا موقوفة على طريق العطب ومقاسات العذاب،

يا نفس انّ حدّ التقى كلمة يجب ان تعرفى[2] معناها فحدّ التقى[3] ان تتّقى الاشياء الضارّة لك وإنّ شيئين[4] يكون احدهما ضارًّا[5] للآخر فينبغى ان يكونا مختلفين فى معناهما لانّ المضرّة انّما تكون بالمخالفة كما انّ المنفعة انّما تكون بالاتّفاق ومن اتّقى الاشياء الضارّة له كان متّقيا بالحقيقة ومن واصل الاشياء الضارّة[6] فقد صار لا متّقيا بالحقيقة البتّة لا لضارّ ولا لنافع فمن واصل الاشياء الضارّة له واتّقى الاشياء النافعة له فقد يقال له ايضا انّه ٦

[1] W. بشىء; [2] B. تعقليها وتتيقنى; [3] B. الاتقآ (l. الاتّقاء); [4] pro وإنّ شيئين codd. exhibent وكل شىء; Fleischer lectum vult وكلّ شيئين; [5] W. صار, B. ما صار; [6] B. النافعة.

conversa es, sin autem nihil nisi ea quae corporis aspectu, auditu, gustatu, odoratu, tactu sentis cognitum et persuasum habes, in via interitus et perpessionis miseriae atque infelicitatis collocata es.

6 Cautio, o anima, vocabulum est cuius sententiam cognoscas oportet. Cernitur cautio in eo, quod res tibi perniciosas caves. Duae autem res quarum altera alteri perniciosa est natura inter se repugnent necesse est, quia perniciosa rei vis ipsa repugnantia efficitur, quemadmodum salubritas ipsa convenientia. Si igitur quis res ipsi perniciosas cavet, revera cautus est; si quis res perniciosas sequitur (res salutares autem non sequitur), revera prorsus non cautus est neque a rebus perniciosis neque a rebus salutaribus; denique si quis res ipsi perniciosas sequitur simulque res ipsi salutares cavet, item incautus esse dicitur quippe qui ea quae ipsi salutaria sunt ca-

٧ غير متّقى[1] ان اتّقى ما ينفعه وواصل ما يضرّه وليس يوجد فى
الموجودات شىء آخر لا يكون ضارًّا ولا نافعا فان آثرت يا نفس
المنفعة فواصلى الاشياء الموافقة لك فى معانيك وان آثرت المضرّة
فواصلى الاشياء[2] المخالفة لك فى معانيك[3] وان آثرت للحيرة والتوهان
والاشتراك والشكوك[4] فواصلى الاشياء النافعة لك[5] والاشياء الضارّة
٨ جميعا ان لا تجدين حالا من الاحوال غير ما[6] قد رسمته لك فتيقّنى
يا نفس هذه المعانى فان كنت نيّرة مضيّة فلا تشافهى المظلمة[7]
وان كنت حيّة ناطقة فلا تشافهى الموتى البكم وان كنت عاقلة
مميّزة فلا تشافهى للجهال والعميان يا نفس تهدّى الى الشى
النافع لك باتّفاقكما فى المعنى ولا تتهدّى الى الشىء[8] الضارّ لك

[1] pro غير متّقى W. يتقى; [2] verba الموافقة .... الاشياء in W. desunt; [3] W. للحس; [4] W. والسلوك, B. والشرك; [5] verba فواصلى .. لك W. omittit; [6] B. من; [7] W. الظلمة; [8] verba النافع .... الشىء in B. omittuntur, verba ولا تتهدّى in W. quoque desiderantur.

7 veat, ea quae perniciosa sequatur. Aliud quid autem quod nec perniciosum est nec salutare omnino non invenitur. Quare si salutem appetis, o anima, res naturae tuae convenientes sequaris; si perniciem, res naturae tuae repugnantes sequaris, si denique perturbationem, mentis errorem, animum distractum et diductum dubitationesque, res tibi salutares et res perniciosas simul sequaris: aliam enim praeter has quas tibi exhibui conditionem non invenies.
8 Quae praecepta persuadeas tibi, o anima, eamque ob rem si ipsa lucida es et splendida, — noli consuetudine uti rerum tenebricosarum; si ipsa vitae et orationis particeps, — noli consuetudine uti rerum vitae et orationis expertium; si ipsa intelligentia et iudicio praedita, — noli consuetudine uti rerum nihil intelligentium et mentis lumine carentium. Hac igitur norma, o anima, vitam dirigas, ut ad res quae tibi salutares sunt, naturis vestris inter sese convenientibus, te applices, res autem quae tibi perniciosae sunt,

باختلافكما فى المعنى فما كان نافعا لك فخذيه وما كان ضارًّا لك فاطرحيه واحذريه ٥

9 يا نفس ان عزمت على النقلة من مسكن انت ساكنته فانتقلى الى مسكن يكون اشرف من المسكن الاوّل ليشتدّ سرورك بنقلتك فانّه من انتقل من بيت مظلم ضيّق خراب وحش الى بيت نيّر مضىء رحب آنس يوشك ان يبقا مسرورا بنقلته فرحا بحسن عاقبته ٥

10 يا نفس احذرى الخطأ فى السياسة فانّ ثمرة الخطا هى العذاب بعينه لانّ الخطأ والزلل لا يثمران الّا خطأً وزللا وسوء عاقبة وانّ ثمرة الاصابة وحسن التهدّى هى النعيم بعينه لانّ الاصابة وحسن التهدّى[1] لا يثمران الّا اصابة وهدى وحسن عاقبة ٥[2]

[1] vocabula quae sunt هى .... وحسن التهدّى in utroque codice omissa e coniectura addidi; [2] W. post الّا pergit الاصابة والتهدّى وحسن التهدّى والعاقبة.

naturis vestris inter sese repugnantibus, fugias; denique quae salutaria tibi sunt ea arripias, quae perniciosa ea reiicias et caveas.

9 Si consilium capis, o anima, e habitatione in qua habitas emigrandi, immigres in habitationem priore praestantiorem, ut e translato domicilio magnam percipias laetitiam. Is enim qui e domo tenebricosa, angusta, deserta, vasta emigrat in domum lucidam, splendidam, amplam, amoenam, paullum abest quin perpetuo translato domicilio laetetur et prospero exitu suo gaudeat.

10 Cave, o anima, in instituenda vitae ratione pecces. Fructus enim peccatorum ipsa est infelicitas, quia peccata et errata nihil ferre possunt nisi peccata, errata exitumque adversum. Rectae rationis autem et bonae disciplinae fructus ipsa est felicitas, quia recta ratio et bona disciplina nihil ferre possunt nisi rectam rationem, bonam disciplinam exitumque secundum.

١١ يا نفس انّه من غرس النخل وجدّ فى خدمته اكل الرطب والتمر[1] وحمد عاقبته ومن غرس الصفصاف والعلّيق عدم الثمر وذهبت خدمته وتعبه باطلا وذمّ عاقبته فتهدّى يا نفس فى جميع احوالك الى أخذ[2] ما هو نافع لك وترك ما هو ضارّ لك لتكونى من النفوس الموفّقة الرشيدة المقترنة بالسعادة الابديّة الدائمة،

١٢ يا نفس تيقّنى ما انا باسطه لك وممثّله فانّى اختبرت هذا العالم وبحثت عنه فوجدت هيولاه على جهة الابتداء[3] فكلّ ما[4] لطف وشرف امتاز الى العلو وكلّ ما[5] تكاثف وخشن امتاز الى السفل[6] ثمّ وجدت الحركة الفلكيّة تقسم هيولا هذا العالم الى اربعة اصول[7] وهى النار والهواء والماء والارض وانّى اعتبرت هذه الاركان الاربعة فى

[1] B. والثمر, W. والثمرة; [2] B. آخر, W. اهل; [3] B. post الابتداء addit لا على معنى اختيار; [4] W. فكلما; [5] W. وكلما; [6] uterque cod. اسفل; [7] B. فصول.

Si quis palmas serit, o anima, easque studiose curat, dactylos et humidos et aridos percipit atque exitum suum laudat; sin quis salices et rubos serit, nullos fructus percipit, curam et laborem perdit, exitum suum accusat. Hac igitur, o anima, in omnibus conditionibus vivendi lege utaris, ut res tibi salutares arripias, res tibi perniciosas mittas, quo in numerum animarum recipiaris quae dei auxilio fruuntur, rectam viam sequuntur felicitatisque sempiternae et perpetuae participes fient. 11

Persuadeas tibi, o anima, ea quae tibi explanaturus et propositurus sum. Ego enim hunc mundum expertus sum atque exploravi intellexique materiam eius iam inde a rerum primordiis exstitisse. Deinde inter ea quae subtilia et praestantia et ea quae spissa et aspera erant ita distinctum est, ut illa omnia ad supera, haec omnia ad infera referrentur. Porro intellexi motu coelesti materiam huius mundi in quattuor rerum elementa divisam esse: ignem, aerem, aquam, terram; quae quattuor principia quomodo moverentur et quibus proprietatibus 12

حركاتها ومعانيها فوجدتها تتحرّك بالطبع حركة هيام وموت لا حركة
عقل وخبرة[1] وانّى وجدت اشياء كائنة من هذه الاركان ذات حياة ١٣
ونطق وعقل فعجبت كيف تكون الاشياء الميّتة الجاهلة[2] اصولا
للاشياء الحيّة العاقلة ثمّ قلت لعلّ هذه الاركان اذا امتزجت فى
ابدان الحيوان الناطق احدثت فيها حياة وعقلا ولكن كيف
ينساغ فى العقل ان يمتزج الميّت بالميّت فينتج من[3] بينهما حىّ
او يمتزج جهل بجهل فيكون من[3] بينهما عقل فدفعتنى الضرورة ١٤
حينئذ الى ان اقول انّ هذا الشىء الحىّ العاقل هو شىء ليس من
هيولى هذا العالم اعنى علم الكون والفساد بل من[4] اشياء طارئة
عليه[5] واردة وصادرة وانّه من الممتنع ان يكون الموت ينبوع الحياة

[1] ita codd., Fleischer substituendum existimat وحيوة; [2] W. الهالكة; [3] من in W. deest; [4] B. هى; [5] pro طارئة عليه B. طايرة غريبة.

uterentur accuratius consideravi intellexique ea natura sua caeco quodam atque inanimo impetu, non ratione et intelligentia
13 duce moveri. Iam vero res inveni istis ex principiis constantes easdemque vita, oratione rationeque praeditas; quare miratus sum quo pacto fieri posset, ut res inanimae et rationis expertes elementa essent rerum animatarum et rationis participum. Exinde opinatus sum fortasse principia ista si in corporibus rerum vitae et orationis compotum inter se miscentur, vitam et rationem in eis gignere. At vero quomodo rationi convenit e duabus rebus inanimis inter sese mixtis rem effici animatam vel e duabus rebus rationis expertibus inter sese mixtis rem fieri ra-
14 tionis participem? Itaque necessitate eo adductus sum, ut statuerem res istas vitae et rationis compotes non ex huius mundi — mundum exsistendi atque intereundi dico — materia constare, immo nescio quam ob causam (aliunde) in eum devenisse atque ut accessisse ita discessuras esse nec fieri posse, ut res inanima fons sit rei animatae, res rationis expers fons rei ra-

وان يكون للجهل ينبوع العقل فينبغى يا نفس ان تتيقّنى انّ هذا الشىء للحىّ العاقل ليس هو من اركان هذا العالم بل هو شىء آخر غيره فابحثى عنه لتعرفيه[1] واستكشفى حاله لتختبريه فبذلك تسعدين وتستكملين علمك[2] كمالا[3] ؛

الفصل التاسع

١ يا نفس انّه من[4] اصعب الاشياء واشدّها امتناعا ان تعمل صنعة الصياغة بأداة الفلاحة او صنعة النجارة بأداة الخياطة ولكلّ صنعة اداة لن يستوى عملها الّا بها لا بغيرها واذا كان الانسان عارفا بجميع الصنائع ايضا مستعملا جميع اداتها[5] فقد ينبغى له اذا اراد ان يعمل الخياطة ان يرمى من يده اداة الفلاحة ويأخذ للخياطة

[1] B. واعرفيه; [2] B. علمى; [3] uterque cod. وكمالك; [4] pro انّه من B. ان; [5] ita W., B. habet جميعا (sic) اداتها ويستعمل.

tionis participis. Quare persuadeas tibi oportet, o anima, res illas vitae et rationis compotes non ex principiis huius mundi constare, immo prorsus aliud quid esse. Explores igitur res istas ut eas cognoscas, et quomodo constitutae sint penitus perspicere studeas ut eas experiaris, qua quidem re felix ac beata fies et scientiam tuam perfectam reddes atque absolutam.

Caput nonum.

Difficillimum est, o anima, vel potius nullo pacto fieri potest, ut aurificis ars instrumento agriculturae vel fabri tignarii ars instrumento artis suendi exerceatur. Etenim suum cuique arti est instrumentum atque eo quidem solo neque ullo alio ars bene exerceri potest. Immo ut quis cunctas artes noverit cunctisque instrumentis earum uti sciat, attamen si suendi artem exercere vult, instrumentum agriculturae e manu abiiciat oportet atque ad exercendam artem suendi instrumentum sumat 1

اداتها التى تصلح لها واذا اراد ان يعمل الفلاحة فيرمى من يده
اداة الخياطة ليأخذ[1] للفلاحة اداتها التى تصلح لها[2] وكذلك يا ٢
نفس ينبغى لمن اراد ان يدرك العلم وعمل الخير ان يترك من
يده اداة الجهل والشرّ وهو حبّ الدنيا والرغبة فيها فمتى هممت
يا نفس بطلب[3] العلم والخير فدعى من يدك اداة الشرّ — كما قد
تقرّر فى علمك انّ الصنعة لا تنعمل الّا بأداتها — وخذى للعلم
والخير اداتهما فانّه متى عملتيهما بأداتهما انعملا[4] بغير تعب ولا نصب ٣
ومتى كان بيدك اداة الشرّ وأردت ان تعملى بها الخير امتنع ذلك
عليك وصعب كما امتنع على من كان بيده اداة الفلاحة فأراد ان
يعمل بها الصياغة فطال تعبه ونصبه ولم يتمّ له[5] عمله فتيقّنى يا

[1] B. ولياخذ; [2] alterum exemplum واذا اراد .... تصلح لها in W. deest; [3] W. فى طلب; [4] verba وخذى ...... بأداتهما B. omittit, exinde pro انعملا scribit فتعمل; [5] له W. om.

huic accommodatum; sin agriculturam exercere vult, instrumentum suendi artis e manu abiiciet ut ad exercendam agriculturam instrumentum sumat huic accommodatum.
2 Perinde, o anima, is qui scientiam et exercitationem boni consequi vult instrumentum inscientiae et mali, quod quidem est studium et cupiditas rerum humanarum, e manu emittat oportet. Quare si scientiae et bono operam navare cogitas, o anima, instrumentum mali de manu deponas — utpote quae persuasum habeas non nisi suo quamque artem exerceri posse instrumento — atque ad scientiam et bonum suum ipsorum instrumentum sumas.
3 Etenim si suo ipsorum instrumento ea exercere conaris, nullo labore nulloque negotio exerces; sin autem instrumentum mali in manu habes eoque bonum exercere vis, impedimentis conflictaris atque in difficultates incurris aeque atque is qui agriculturae instrumentum in manu habet eoque artem aurificis exercere vult impedimentis conflictatur et diutinos labores diutinaque negotia subit neque id quod vult exercere potest. Quod persuadeas

نفس هذا المعنى واعلمى انّ حبّ الدنيا والخير لا يجتمعان فى قلب ابدا فتصوّرى يا نفس حقيقة هذا وأدركيه ببصر عقلك،

٤ يا نفس انّه بالعلم الحقيقىّ[1] تدركين ببصرك اتّصالك ببارئك ومناسبتك ايّاه فتلتذّى بذلك لذّة الحقّ وانّه بالجهل تعدمين ذلك وتنكرينه وذلك بعمائك وظلمتك وخطائك وزللك فتتخيّلى بالتوهّم انّك من الاصناف الخسيسة وتلحقى بها[2] فتقترنى بالوان[3] العذاب والآلام،

٥ يا نفس نيكن اغراضك كلّها العلم الحقّ[4] فاذا اقتنيتيه[5] فانهضى[6] وتركّنى[7] فى الفكر والتمييز دائما لتدركى بذلك الاصابة وتجرى عاداتك بها وتجتدّ بصرك[8] فتفعلين حينئذ فعل المصيب البصير

[1] W. والحق; [2] ita sanandum videtur quod exhibet W. خلقت وبها, B. praebet فللازميها (pro فتلازميها); [3] pro فتقترنى بالوان W. تدركىن الوان; [4] B. والحق; [5] post اقتنيتيه W. addit وعرفت ذلك; [6] W. فتبصرى; [7] B. وتركبى, W. وتركين; [8] B. adiicit ونورك.

tibi, o anima, sciasque studium rerum humanarum et studium boni in nullo unquam animo societate iuncta esse; cuius rei veritatem, o anima, cogitatione tibi informes et mentis acie perspicias.

4 Vera scientia si instructa es, o anima, mentis acie intellegis creatori tuo te coniunctam et cognatam esse, qua ex re veram percipies voluptatem; inscientia si laboras, istud non intellegis nec cognoscis quia caeca es, tenebris circumfusa peccatisque et erratis dedita, quare ad vilia rerum genera te pertinere opinaberis eaque sectaberis, quo fiet, ut omnibus cruciatibus et doloribus afficiaris.

5 Ad veram scientiam consequendam, o anima, omnia conferas studia tua. Quod si eam tibi pepereris, altiora capessas constanterque et perpetuo in meditando et cogitando verseris, quo rectam rationem perspicias eaque mores tui dirigantur nec non acies tua exacuatur, ita ut agendi rationem ineas qualis ei convenit qui recte facere scit intellegensque et illuminatus

النيّر المهتدى وتنسين الجهل والعما [1] والخطأ فتتركينه وتعدمين [2] بذلك فعل الجاهل العمى المخطى فتدبّرى هذا [3] واعتبريه [4] فانّ باعتبارك ايّاه تجدين حقيقته ،

٩ يا نفس انّ حدّ العذاب مشاهدة النفس ما اختلف وتغيّر وانّ حدّ النعيم مشاهدة النفس ما اتّفق ودام وثبت دائما والبرهان على ذلك يا نفس ما تشاهدينه [5] فى عالم الحسّ فانّ أشدّ الناس [6] جزعا وخوفا واستكانة من كان فى النعيم ثمّ عدمه وانتقل الى الشقاء فقد تبيّن يا نفس انّ العذاب هو الاختلاف والتغيّر وانّ النعيم هو الاتّفاق والدوام فان اردت يا نفس الراحة من العذاب فانتقلى من عالم الاختلاف والتغيّر الى عالم الدوام والبقاء ،

[1] B. والعمل به ; [2] وتعدمين B. om.; [3] B. بهذا ; [4] B. واعتبرى به ; [5] B. شاهدتيه ; [6] ita B., W. اشد اليأس (?), fortasse emendetur oportet فَإِنَّ أَشَدَّ النَّاسَ.

est ac rectam viam sequitur, inscientiam autem caecitatemque et peccandi consuetudinem (quasi) obliviscaris ac ponas eamque ob rem agendi rationem qualis est hominis inscientis, caeci, peccatis dediti omittas. Quod perpendas et consideres, quippe quod si consideraveris verum esse intellectura sis.

6 Miseria, o anima, eo efficitur quod anima res cernit et percipit quae secum pugnant et commutantur, beatitudo eo quod anima res cernit et percipit quae sibi conveniunt manentque et perpetuo perstant. Cuius rei argumentum, o anima, in eis positum est quae in mundo sensus coram spectas. Etenim si homines animo sunt vel maxime conturbato et timore affecto demissoque in modum eius qui quondam beatitudine usus, postea hac privatus atque in infelicitate collocatus est, patet, o anima, miseriam effici repugnantia et commutatione, beatitudinem convenientia et perpetuitate. Quare si e miseria conquiescere vis, o anima, e mundo repugnantiae et commutationis emigres in mundum perpetuitatis et stabilitatis.

v يا نفس انّ التجّار ليس يظهرون بضائعهم ويزيّنونها[1] لتراها
العميان لكن لتراها ذوو الابصار الصحيحة وكذلك القصّاص
والمتكلّمون[2] انّما يتكلّمون[3] على شوارع الطرق[4] لا لتسمعهم الصمّ[5]
وانّما لتسمعهم ذوو الآذان السامعة الصحيحة وكذلك الحكماء
ليس ينطقون بالحكمة ويشيرون[6] الى النفوس السالكة رتبة الموت
وانّما يومئون بالحكمة ويشيرون الى النفوس السالكة رتبة الحياة[7]
وهى نفوس واردة راغبة فى المعانى لكنّ تلك النفوس السالكة رتبة
الموت هى نفوس غير راغبة فى المعانى[8] وصادرة عنها وزاهدة فيها

[1] B. ويزينوها, cf. supra p. VI; [2] B. والمتكلمين; [3] verba انّما يتكلّمون in W. desunt; [4] W. الطريق; [5] B. addit والبكم (sic); [6] B. adiicit بالمعانى; [7] الحياة B. om.; [8] ita fere restitutum velim locum in utroque codice vel maxime corruptum: exhibet W. وهى نفوس وارادة راغبة فى المعانى لان نيل (vel ينل) النفوس السالكة رتبة الموت هى نفوس وارادة راغبة يا نفس فى المعانى الى رتبة النفس الهالكة الحياة, nec melius B. هى نفوس واردة راغبة فى المعانى التى لتلك النفوس السالكة رتبة الحياة.

Mercatores, o anima, merces suas exponere atque exornare solent, non ut ei qui caeci, immo vero ut ei qui integris sunt oculis eas videant. Perinde narratores et oratores ubi viae transeunt verba faciunt, non ut ei qui surdi, immo vero ut ei qui auribus sunt sanis atque integris ipsos audiant. Perinde philosophi non animas mortis gradu incedentes sapientia initiare student appellantque, immo vero animas vitae gradu incedentes sapientia imbuere volunt appellantque. Atque hae quidem sunt animae quae accedunt et praecepta appetunt, illae vero quae mortis gradu incedunt sunt animae quae praecepta non appetunt, sed ab eis recedunt eaque aspernantur. Quod contempleris, 7

فتأمّلى يا نفس هذا المعنى واعلمى ما[1] بين الوارد والصادر وبين
الراغب والزاهد،

٨ يا نفس ان كرهت العقاب فاتّقى الزلل واحذريه وتجنّبى الخطأ
واطرحيه وان آثرت الثواب فتهدّى الى الاصابة واعلمى انّ مقاصد[2]
النفس فى جميع[3] معانيها قد تكون[4] الى حالين هما الخطأ والاصابة
وانّه لن يخلو[5] الخطأ ان يثمر العقاب والخسران ولن تخلو[5] الاصابة
ان تثمر الثواب والربح فان لم يكن[6] ذلك كذلك فليكن[7] الخطأ
يثمر الثواب والاصابة تثمر العقاب وهذا ما لا ينساغ فى العقل ولا
يوجد فى مشاهدة الحسّ فقد وجب ضرورة ان يكون الخطأ يثمر
العقاب بالحقيقة وان تكون الاصابة تثمر الثواب بالحقيقة،

٩ يا نفس انّه بانضيافك الى العقل يقوى ضوءك[8] فتدركين الاصابة

[1] pro ما W. انه بستان (انّه تباين?); [2] W. مقاومة; [3] pro فى جميع W. وجميع; [4] uterque c. يكون; [5] W. يخلوا; [6] in W. verba فان لم يكن non inveniuntur; [7] ante فليكن B. interiicit والا; [8] W. وضوءك.

o anima, et cognoscas quid intersit inter eum qui accedit et eum qui recedit, inter eum qui rem quandam appetit et eum qui eam aspernatur.

8 Si poenam refugis, o anima, errata caveas et vites peccataque declines et reiicias; sin praemium appetis, ad rectam rationem perducaris. Scias enim, fines animae in omnibus quaecunque intendit necessario aut peccatum spectare aut rationem rectam. Iam vero fieri non potest, quin peccatum poenam ferat et iacturam, recta ratio praemium et quaestum. Sin minus, peccatum praemium, recta ratio poenam ferret, quod tamen neque rationi convenit neque in eis quae sensibus cernuntur ac percipiuntur invenitur. Quare utique necesse est revera peccatum poenam, recta ratio praemium ferat.

9 Si ad rationem te adiungis, o anima, lumen tuum corro-

ببصرك وانحرافك عن العقل وانضيافك الى الحسّ تعدمين النور العقلىّ فتظلمين وتضعفين فتقترنين[1] بالخطا بعماك وظلمتك ،

١٠ يا نفس انّ الطبيب يأمر العليل ان لا يأكل ما يضرّه فان اطاعه اصاب وأثمرت له الاصابة البرء والصحّة وان عصاه اخطأ وأثمر له الخطأ السقم والالم[2] ،

١١ يا نفس ان اردت ان تعرفى حال النفس بعد مفارقتها للجسد فانظرى الى حالها وهى ملازمة له فان كانت موافقة للاصابة فانّه بعد مفارقتها للجسد لن تؤدّيها عادتها بالاصابة الّا الى الاصابة وحسن العاقبة والثواب وان كانت مقارنة للخطا فانّ عادتها لن تؤدّيها الّا الى الخطا والخطأ يثمر لها العقاب والعما وسوء المنقلب[3] ،

[1] W. فتقرنين, B. وتعترين; [2] ita W., B. sententiam sic vertit: يا نفس ان الطبيب لن يامر العليل ان ياكل ما يضره فان عصاه واخطى اثمر (l. اخطى واثمر) له الخطا السقم والالم وان طاعه (l. اطاعه) اصاب واثمرت له الاصابة البرء والصحة; [3] W. المتقلب, B. المنقلبة; exinde B. concludit فافهمى هذا.

boratur, ita ut rectam rationem mentis acie perspicias; sin a ratione te avertis atque ad sensum adiungis, lucem rationalem amittis tenebrisque circumfunderis et ad infirmitatem redigeris, ita ut propter caecitatem et obscuritatem tuam peccatis te dedas.

Medicus, o anima, aegroto praecipit ne quid edat quod sibi nocet. Quod si aegrotus ei obedit, recte facit atque ex recte facto fructum valetudinis confirmatae et sanitatis restitutae percipit; sin ei non obedit, perperam facit atque ex perperam facto fructum aegrotationis dolorisque longinquioris percipit. 10

Si conditionem cognoscere vis, o anima, qua usura sit anima postquam e corpore excessit, videas qua conditione utatur dum ei coniuncta est. Quod si rectam rationem constanter sequitur, postquam e corpore excessit rectae rationis consuetudine necessario ad rectam rationem et prosperum exitum praemiumque deducetur; sin peccatis dedita est, consuetudine sua necessario ad peccata deducetur, ex quibus fructum poenae caecitatisque et infelicis vitae futurae status percipiet. 11

الفصل العاشر

يا نفس انّى لأمثّل حالك[1] فيطول تعجّبى منه تظهرين بالقول ١
انّك زاهدة فى الشقاء والاحزان وانت بالفعل راغبة فيهما وملازمة
لهما ومغابطة[2] لأهلهما عليهما وتظهرين بالقول انّك راغبة فى النعيم
والسرور[3] وانت بالفعل زاهدة فيهما[4] ومنحرفة عنهما ومستوحشة
من الطريق اليهما وهذا يا نفس فعل مختلف والفعل المختلف لا
يظهر الّا من[5] فاعل ليس بفارد[6] ولا متوحّد بل فيه اشتراك
وتركيب[7] لانّ الشيء الفارد[8] لا يفعل الّا فعلا فاردا[9] ولا اختلاف

[1] pro لأمثّل حالك W. لاتمثل وحالك; [2] B. ومغالبة;
[3] pro والسرور .... ومغابطة, W. habet وكان به للخروج
بما انت (?); [4] B. فيها, perinde in eis quae subsequuntur
عنها et اليها; W. فيه, exinde عنه et اليه; [5] uterque cod. عن;
[6] codd. بقادر; [7] وتركيب in W. deest; [8] W. القادر;
[9] W. قادرا.

Caput decimum.

1 Describam, o anima, conditionem tuam, quippe quam iam diu mirer. Etenim loqueris iactasque miseriam atque aegritudines te refugere, quum re eas appetas et secteris eisque qui eas possident in eis invideas; loqueris iactasque vitae commoditatem et gaudia te appetere, quum re ea refugias et declines atque ab ingredienda via qua ad ea pervenitur abhorreas. Quae quidem, o anima, est agendi ratio sibi repugnans qualis ab ea tantummodo re proficiscitur quae non simplex est neque una, sed misturae et concretionis particeps, quia res simplex necessario simplici agendi ratione utitur et repugnantiae experti,

٣ فيه والشيء المختلط لا يفعل الّا فعلا مختلطا[1] فقد تبيّن آلآن يا نفس انّك لم تتمحّصى من غشّك ولم تتهذّبى من سوء مكتسباتك التى اكتسبتيها فى سالفات اوقاتك وازمانك[2] فقد تبقّا فيك جرب وصداء هو السبب فى اختلاف ما يظهر من فعلك فان كان هذا الصداء فيك بالعرض السريع الزوال فبادريه بالجلاء والصقال قبل ان يستحكم فى ذاتك وان كان هذا الصداء فيك مستحكما باقيا

٣ فعودى الى النار فانسبكى فيها لتخرجى منها صافية محضة فانّ المرآة ذات الجرب والصداء الثابت[3] لا ينجح فيها الجلاء ولا ينقلع صداءها الّا بالنار والسبك فاذا انت تمحّصت يا نفس من جربك وصداءك فحينئذ يتوحّد[4] فعلك بغير اشتراك ولا نفاق[5] فتكونى

[1] ita W., B. post بفارد (بقادر) p. 82, 7 confuse pergit الان (l. لانّ) الشيء القادر (sic) لا يفعل فعلا مختلفا والشيء المختلط لا يفعل الّا فعلا مختلط (sic) لا متوحّد (sic) بل فيه اشتراك وتركيب لانّ الشيء القادر (sic) لا يفعل فعلا ماختلطا; [2] pro اوقاتك وازمانك B. ادوارك; [3] pro والصداء الثابت B. النقب (sine و); [4] B. يوجد; [5] codd. اتفاق.

res mixta necessario agendi ratione utitur mixta. Itaque iam- 2
iam patet, o anima, te a vitiis tuis nondum purgatam neque a malis quae per priora tempora atque aetates tibi contraxisti liberatam esse. Scabiei et robiginis quid igitur in te remansit quo quidem fit, ut agendi ratio quae a te proficiscitur sibi repugnet. Quae robigo si per accidens celeriter cessans in te inest, poliendo et limando levigandoque eam amovere studeas priusquam in te inveterascat; sin autem inveteravit et insedit, ad ignem confugias atque in eo obrussam subeas ut munda et pura ex eo evadas. Etenim in speculo scabie et robigine con- 3
stanti affecto politio nihil proficit neque nisi igni et obrussa robigo eius removeri potest. Quod si a scabie et robigine tua purgata eris, o anima, agendi ratio tua sibi conveniens erit ac mistura et fuco vacua, ita ut revera aut miseriam atque

امّا راغبة فى الشقاء والاحزان بالحقيقة او راغبة فى السرور والنعيم
بالحقيقة فاعملى يا نفس بهذه الوصيّة لتوفّقى للسعادة وترشدى الى
النجاة وتهدى الى الاصابة فتستثمرى جزيل[1] الثواب وحسن
العاقبة ؛

يا نفس تيقّنى اوّلا انّ الموت الطبيعىّ ليس هو شيئا غير غيبة ٤
النفس عن الجسد فاذا تقرّر هذا فى علمك فتمثّلى انّ الرجل الحكيم
العالم فى وطنه[2] هو حكيم عالم عند حضوره وهو حكيم عالم عند
مغيبه لن ينتقل من حكمته وعلمه أينما توجّه وأينما سلك فتنبّهى
يا نفس لهذا المعنى وتيقّنى ايضا بانّ غارس شجرة[3] الخير وغارس
شجرة[3] الشرّ يختلف بينهما لانّ[4] شجرة الخير لا تثمر الّا خيرا
وشجرة الشرّ لا تثمر الّا شرّا[5] فان لم يكن ذلك كذلك فشجرة ٥

[1] B. جميع; [2] verba فى وطنه B. omittit; [3] W. الشجرة;
[4] ante لانّ W. interponit الان; [5] B. post بانّ غارس شجرة
الخير corrupte et depravate pergit اذ كانت تثمر خيرًا فشجرة
الشر اذ تثمر شرًا.

aegritudines aut gaudia ac vitae commoditatem appetitura sis.
Quod praeceptum observes, o anima, ut ad beatitudinem asse-
quendam iuveris, ad salutem proveharis, ad rectam rationem per-
ducaris, amplum praemium percipias et prosperum exitum.
4 Primum, o anima, tibi persuadeas mortem physicam nihil
aliud esse quam animae a corpore discessum. Quod si persua-
sum habes, cogitatione tibi effingas eum qui in patria sua sa-
piens ac prudens est et domi et foris sapientem ac prudentem
esse neque unquam e sapientia et scientia sua emigraturum
esse quoquo conversus erit, quoquo iter fecerit. Quod attendas,
o anima, et porro tibi persuadeas interesse aliquid inter eum
qui arborem boni et eum qui arborem mali serit, quia arbor
5 boni nihil fert nisi bonum, arbor mali nihil nisi malum. Quod
si secus esset, arbor boni malum, arbor mali bonum ferret.

الخير انّا[1] تثمر شرّا وشجرة الشرّ تثمر خيرا فان كان هذا كذا
وكانت الشجرة تثمر غير ما فى طبعها فقد ينبغى لغارس شجرة
الكرم ان يستثمر منها البلّوط ولغارس شجرة البلّوط ان يستثمر
منها العنب ولسنا نرى شجرة تثمر غير ما فى طبعها[2] لانّ شجرة
الكرم لا تثمر الّا عنبا وشجرة البلّوط لا تثمر الّا بلّوطا[3] فكيف
يكون يا نفس غارس شجرة الخير يستثمر غير الخير وغارس شجرة
الشرّ لا يستثمر غير الشرّ فقد اتّضح ضرورة وتبيّن حسّا وعقلا انّ ٦
الشىء لا يثمر الّا نوعه وشكله ولا يلد الّا مثله والّا متى رأيت يا
نفس حمارا ولد انسانا او انسانا ولد فرسا فان كان يا نفس قد
اتّضح[4] لك هذه المعانى فاطلبى العلم بحقائق الاشياء وافعلى الخير

[1] B. اف; [2] B. addit وما هى معروفة به منذ بدو العالم; [3] sententiam in W. a verbis لانّ شجرة الكرم incipientem B. sic format فشجرة الكرم لا تكون الا من الكرم ولا تثمر غير العنب وشجرة البلوط لا يكون (sic) الا من البلوط ولا يثمر (sic) غير البلوط; [4] W. انضحت.

[1] W. المعانى; [2] W. يراها; [3] pro تسخر بك B. تطربك; [4] B. post بالتكلّف pergit وان فقد (فانّ غدر?) الشى الطبيعى غير ممكن; [5] B. فلانها; [6] B. ارادة (l. رادّت); [7] ثمّ W. om.; [8] pro سوء العاقبة B. السو الذى للعقابة; [9] W. والحقيقة المحال; [10] B. وشهواتها.

suo expergisceretur, ubi experrectus est, maximam voluptatem et perfectissimam laetitiam et solatium perciperet propterea quod a rebus illis quas in somnis viderat discessit, immo vero rursus somno se dare recusat prae anxietate et metu horribilium illarum quas vidit rerum.

Si hic mundus tibi aliquid dare vult, o anima, noli id ab 4
eo accipere. Namque ludibrio te habet atque id agit, ut paulum rideas, multum plores. Quam agendi rationem ipsa natura init, non simulatione, quum res physica aliam se simulare, alia esse non possit. At vero anima vita, ratione, iudicio praedita est ac pro ipsius arbitrio et falli et non falli potest. Etenim si machinas eius qui ipsam fallere studet animadvertit ac fal-
lacias eius declinat et cavet, malum exitum effugit; sin falla- 5
cias et fraudes suscipit, sua sponte et voluntate eas suscipit,

ان تقبل الخداع فكذلك يمكنها ان لا تقبل ذلك فهي مالكة الاستطاعة ان شاءت تحذّرت من الهلكة وان شاءت سلكتها فانظرى يا نفس الى هذه الوصايا وتدبّرى بها لتفوزى بالنجاة الى دار البقاء ومحلّ النور والصفاء[1] مع السادة الاخيار والائمّة الابرار٠

يا نفس خذى من الاشياء ما عرفتيه وعرفه الجميع ودعى ما انكرتيه ٦
وانكره الجميع[2] وقد عرفت انت والجماعة انّ النار حارّة محرقة مضيئة وانّ الماء بارد رطب سيّال يروى من العطش وقد عرفت انّ كلّ الشىء اكثر من جزوه[3] وانّ المستوى غير المعوجّ وقد عرفت انّ الطوبا هو الخطّ الشريف السنىّ وانّ الويل هو الخطّ الخسيس الدنىّ وقد علمت[5] انّ المرغوب فيه للحبيب[6] الراغب وانّ المزهود فيه

[1] B. والضياء; [2] vocabula الجميع ... ودعى in W. desunt; [3] B. ان الكل اعظم من الجزو, ut supra p. 3; 8—4, 1; [4] verba وقد علمت .... ان الطوبا in W. desiderantur; [5] B. حبيب.

quoniam quemadmodum fallacias suscipère potest, ita non suscipere eas potest, utpote quae libero arbìtrio utatur ac pro voluntate ipsius aut caveat perniciem aut subeat. Quae praecepta circumspicias, o anima, ac tecum reputes ut beatitudinem auferas atque in domum stabilem et sedes lucidas ac puras admittaris coniungarisque cum dominis bonis et iustis antistitibus.

6 Ea, o anima, quae et tu et cuncti novistis arripias, ea autem quae et tu et cuncti ignoratis mittas. Iam et tu et cuncti novistis ignem calere, res incendere, lucem effundere, aquam frigidam humidamque ac fluidam esse et explere atque exstinguere sitim; porro novisti totam rem plus esse parte ipsius, aliud esse rectum aliud curvum, nec non novisti felicitatem esse viam praestantem atque excelsam, infelicitatem viam vilem atque humilem, scis denique id quod ab aliquo appetitur ab eodem amari, id quod ab aliquo repudiatur ab eodem odio

البغيض [1] الزاهد فان كان فراق الحبيب شرّا ومصيبة وفراق البغيض
خيرا ونعمة وان كانت الدنيا مفارقة بالحقيقة بغير شكّ فقد وجب
الويل لمحبّها والطوبى لمن يبغضها،

٧ يا نفس انفصلى عن الطبيعة بوهمك ثمّ انظرى هل تجدين
شيئا غير ذاتك وكونها [2] فاذا نعتّ ذاتك فقولى هو [3] الجوهر الصورىّ
المتصوّر [4] المحرّك المتحرّك الحىّ العاقل المميّز المتهجّش [5] الى معانى
ارادته [6] ومطلوباته ذو الاخلاق الشريفة الخيرة التى هى العدل
والحكمة والجود والرحم فاذا نعتّ ذاتك بهذه المعانى وكانت لك ذاتيّة
٨ طبيعيّة فقد لزمك الاقرار بانّك انت الشىء اللطيف المدبّر [7] وان

[1] B. بغيض; [2] B. وذكرها; [3] B. هى; [4] W. المصوّر;
[5] B. المتهجس, W. المنهجس; [6] W. من ذاته; [7] ita W., B.
بانك شى حى لطيف مدبر.

haberi. Itaque si id quod amatur relinquere malum est et casus adversus, id quod odio habetur relinquere bonum et casus secundus, res humanae autem vere et sine dubio relinquendae sunt, necesse est ei qui amat eas infelicitas contingat, ei qui odit eas felicitas.

Imaginatione, o anima, a rerum natura te revoces atque 7
abducas, deinde videas num praeter tuam essentiam eiusque exsistentiam aliud quid invenias. Tuam essentiam autem si describis, substantiam eam esse dicas notioni similem atque cognatam ac rerum cogitatione sibi informandarum facultate instructam, et alias res et sese moventem, vita, ratione, iudicio pollentem, ipsam sese ad ea quae vult et appetit impellentem, praestantibus et bonis proprietatibus quae sunt iustitia, aequitas, liberalitas, misericordia praeditam. Quod si his qualitatibus essentiam tuam describis eaeque in essentia et natura tua positae sunt, utique necesse est statuas tefe esse rem subtilem
et moderatricem. Iam si eo procedis ut ceteras res describas, 8

سموت الى نعت[1] غيرك[2] هل تجدين له نعتا ذاتيّا او صفة دون ان تستعبرى له[3] النعوت[4] والصفات فتنعتيه[5] بالمعانى التى هى غيره[6] افليس قد لزمك الاقرار بانّ شيءا لا نعت له ذاتىّ[7] ولا صفة فهو شيء ميّت موضوع للاستعمال بطبعه وممّا[8] ينبغى ان تفهمى انّ النفس انّما تفعل فى الطبيعة معانى ما يفعله العقل فيها وانّما العقل يفعل فى النفس معانى[9] ما[10] تفعله العلّة الاولى فيه[11] فمتى تمثّلت يا نفس هذا المعنى الموجود[12] فى الحسّ وجدتيه هو الترتيب السلطانىّ بعينه ؛

٩ يا نفس تأمّلى هذا المثل[13] فامّا ان تضحكى منه تعجّبا او تعتبرى

[1] B. نعمة; [2] W. كدرك, B. ذاتك; an scribendum est غير ذاتك (كدرك pro ذاتك, cf. supra p. 97 n. 6)? [3] B. لها; [4] B. addit ايضا; [5] B. فتنعتيها; [6] B. غيرها; [7] W. كلّيتا (sic); [8] B. واما; [9] verba معانى ...... ما يفعله العقل B. non habet; [10] B. لا; [11] B. فيها; [12] W. من الموجود; [13] B. المعنى.

num descriptionem essentiae earum convenientem vel attributum invenis, nisi vero per modum translationis descriptiones et attributa eis adhibes easque qualitatibus describis a natura earum alienis? Quid autem? nonne necesse est statuas rem, cui non est descriptio essentiae ipsius conveniens nec attributum, esse rem vitae expertem et natura sua ad patiendum (neque ad agendum) destinatam? Oportet autem intellegas animam in rerum natura nihil aliud efficere nisi species eorum quae ratio in ipsa efficit nec rationem in anima aliud quidquam efficere nisi species eorum quae causa prima in ipsa efficit. Quam rem in eis quae sensibus subiecta sunt exstantem si cogitatione tibi effingis, o anima, eum ipsum principalem rerum ordinem esse cognosces.

9 Contempleris, o anima, hanc similitudinem quam aut miratione affecta ridebis aut timore capta in exemplum tibi sumes.

منه تخوّفا فلو[1] أنّ طائرين من نوع واحد ربطا جميعا في رباط واحد وتركا فيه[2] لعظم[3] عذابهما وبعدت الراحة منهما وإنّ فرح كلّ واحد منهما وراحته انفصاله عن الآخر فاذا كان طائران هما نوع واحد وشكل واحد ربطا جميعا فأعقبهما الرباط انواع العذاب[4] فكيف اذا ربط اشياء مختلفة في الشكل والمعنى كجمل ربط مع ذيب او ثور ربط مع سبع او حيّ ربط مع ميّت ام هل يكون اشقى من عالم ربط مع جاهل يا نفس انّه[5] كانت راحة الجمل ان ينحلّ من مرابطة الذيب وراحة الثور ان ينحلّ من مرابطة السبع وراحة الحيّ ان ينحلّ من مرابطة الميّت[6] وراحة العالم ان ينحلّ من مرابطة الجاهل فان كنت يا نفس تقرّين بحقيقة هذه المعانى فقد انجلت الغشاوة عن بصرك وان كنت منكرة لذلك فاستعملى

[1] B. وهو; [2] pro وتركا فيه B. ثم خاليا; [3] B. فعظم; [4] B. post ربطا, جميعا omisso, pergit فعاقبها (sic) الرباط على تشكيلهما بانواع العذاب; [5] B. ان; [6] quae post verba ربط مع ميّت v. 6 sequuntur usque ad verba من مرابطة الميّت in W. non exstant.

Si accideret ut duae aves unius speciei uno simul vincirentur vinculo atque in eo linquerentur, utraque magnos cruciatus pateretur ac quiete destituta esset et unaquaeque ita tantummodo gaudium et quietem caperet ut ab altera seiungeretur. Iam vero si duae aves quae unius sunt speciei et unius formae quando simul vinciuntur, ea re omnibus cruciatibus afficiuntur, quid si res vinciuntur et forma et natura inter sese discrepantes, veluti camelus cum lupo vel taurus cum leone vel res animata cum re inanima? an quidquam miserius esse potest sapiente qui vinctus est cum insipiente? Camelus, o anima, non nisi ita quietem capit ut a lupi, taurus non nisi ita ut a leonis, res animata non nisi ita ut a rei inanimae, sapiens denique non nisi ita ut ab insipientis colligatione liberetur. Quae si vera esse concedis, o anima, caligo ab oculis tuis dispulsa est, sin infitiaris, remediis utaris quae caecitatem ab

الادوية المزيلة العما عن الابصار والاخلاق المخرجة من الظلام الى الانوار،

١١ يا نفس تأمّلى جوهرك واعتبرى واعلمى انّ جوهر النفس جوهر عالى الشرف[1] بمناسبتها جميع العوالم ومحلّها بكلّ محلّ وانّها تنسب فى بعض الاحيان[2] الى عالم الطبيعة فتكون انسانيّة[3] مشاهدة المحسوسات مشتهية المآكل والمشارب[4] وجميع معانى الطبيعة وتارة تنسب الى عالمها الاخصّ بها[5] فتكون نفسا حاسّة محسّة[6] مستعملة محرّكة[7] ذات استبحاث وتأمّل واختيار[8] وارادة فهذه المعانى فى معانى النفس وهى للحياة المثبتة فى جميع ما احتوت عليه ملكوت النفس
١٢ وتارة تنسب الى عالم العقل فتكون منتزعة الصور عن الهيولى مدركة

[1] B. addit والشان جدًّا وذلك; [2] pro بعض الاحيان W. جميع الاجناس; [3] B. انسانة; [4] verba مشافهة . والمشارب in B. desunt; [5] pro الاخصّ بها B. الخاص; [6] verba حاسّة محسّة in B. omittuntur; [7] B. adiicit مبهجة; [8] B. واختبار.

oculis removent et vivendi disciplina quae ex obscuritate educit ad lucem.

11 Contempleris, o anima, substantiam tuam ac bene attendas sciasque animae substantiam esse substantiam summae excelsitatis, atque ideo quidem, quod cum cunctis mundis coniungitur et quovis loco deversatur. Per aliquod enim temporis ad mundum naturae pertinet — ac tum quidem humana est et res sensibus subiectas coram spectat ac cibis et potibus cunctisque rebus naturae utitur; modo ad mundum ipsi peculiarem pertinet — ac tum quidem est anima res sentiens et cognoscens, agitans et movens, inquisitionis et contemplationis compos, libero arbitrio et voluntate praedita — eae enim qualitates sunt qualitates animae propriae eaedemque vitam efficiunt quae in omnibus rebus constituitur quascumque animae
12 imperium complexum est —; modo ad mundum rationis pertinet — ac tum quidem formas a materia secernit, prima re-

البسائط الاولى مميزة[1] عاقلة لجميع المعانى الفاردة[2] البسيطة[3] وتارة تنسب الى العالم الالهىّ فتكون بالغة للخير وللجود آمرة[4] به[5] خالية من الشرّ وللجور ناهية عنه[6] حكيمة الافعال متقنة[7] الاعمال ومن اوضح الدلائل على النفس بمناسبة[8] العلّة الاولى ما هو موجود فى خلقها من أنّها تسموا[9] الى الاحاطة بجميع الاشياء التى تحتوى عليها الملكوت العظماء[10] فانّها لن تلقى مستقرّة راضية تامّة الرضاء دون ان تبلغ العالم العقلىّ بجميع ما فيه فحينئذ تلقى النفس لا طالبة شيئا قارّة[11] مستقرّة تامّة الرضاء ومن استعمل الاقرار فى ذاته يوجد له[12] حقيقة ذلك

[1] W. addit مصوّرةً; [2] codd. القادرة; [3] B. البصيطة, contrarium supra p. 99 v. 14 occurrit; [4] W. امارة, B. مرةً; [5] B. بهما; [6] B. عنهما; [7] B. منبهة; [8] ita W., B. على ان النفس تناسب; [9] B. تسمو, cf. supra p. 9 n. 3; [10] W. الاعظم; [11] W. تارةً, B. وثاره (pro وتارة); [12] pro يوجد له W. بوجودة.

rum principia percipit, cunctas species simplices atque individuas inter sese distinguit et intellegit; modo denique ad mundum divinum pertinet — ac tum quidem bonum et bonitatem consecuta est eaque iubet, a malo et malitia libera est eaque vetat, sapienter facit et prudenter agit. Clarissima autem argumenta, animam cum causa prima coniunctam cognatamque esse, in eis cernuntur quae in natura ipsius posita sunt, quatenus quidem enititur ut universas res comprehendat quas summum imperium complectitur. Neque enim tranquilla ac contenta et perfecte contenta reperietur nisi si ad mundum rationalem pervenerit omniaque quae in eo sunt; tum demum anima nihil requirens quietaque ac tranquilla et perfecte contenta reperietur. Quae vera esse is qui animum suum tranquillum reddere studet intelleget.

١٣ يا نفس ما يكون اشقى منك ولا اعظم[1] حسرة وقد اصبحت في محلّ الاعاجم[2] وحيدة فريدة تبثّين[3] اليهم الشكوى بلفظك فلا يفهمونه ويبثّون[4] اليك بلفظهم فلا تفهمينه ومتى قارن الشيء خلافه فهو مهجور موهون[5] مشغول عن ذاته بذات غيره[6]

١٤ يا[7] نفس ما اعظم حسراتك ان[8] تنطقين فلا تجدين سامعا وتبثّين[9] الشكوى[10] فلا تجدين[11] راحما فيا ليت شعري[12] ما ذا[13] عزاء من اصبح غريبا عن وطنه نائيا[14] عن معدنه بعيدا عن[15] اصله ونبعته[16] قد اوثقه[17] هواه فسارف[18] استثمار زلله وخطاه[19] محمولا على

[1] pro ولا اعظم W. واعظم; [2] B. الاعاجام; [3] B. تنبين; [4] B. وينبون; [5] verba مهجور موهون B. non habet; [6] غيره W. om.; [7] P. فيا; [8] P. ان, W. حين; [9] B. et H. وتنبين; [10] الشكوى in B. et H. deest; [11] verba سامعا ... تجدين in W. desiderantur; [12] W. فليت شعري ثم ليت شعري; [13] ذا in B., H., W. deest; [14] ita P., W. نائيا, B. et H. نابيا (نابيا?); [15] W. من; [16] pro اصله ونبعته W. ينبوعه واصله; [17] P. اربقه; [18] P. et W. وشارف; [19] W. وخطايه.

13 Te, o anima, nihil est miserius neque quidquam calamitosius. In barbarorum sedes devenisti una sola: questus effundens eos tuo sermone appellas, isti vero eum non intellegunt, ipsi te suo sermone appellant, tu vero eum non intellegis. Etenim si res quaedam coniuncta est cum re ipsi contraria, destituta est, ad imbecillitatem redacta, alia re adeo occupata ut facere non possit quin se ipsam postponat.

14 Quam magnis, o anima, afflicta es calamitatibus, quum si loqueris neminem invenias qui audiat, si questus effundis neminem qui misericordia afficiatur! Cedo, quaeso, quonam solatio utatur is qui a patria sua abalienatus, a proprio domicilio suo remotus, a radice et fonte suo disiunctus est idemque libidine sua captus tenetur, ita ut de fructibus ex erratis et peccatis

مركب الغرر[1] والشهوة[2] مقترنا[3] بمذلّة اللهو والتلذّذ[4] ساهيا فى طرقه[5] موقوفا على عطبه فليعلم الراكب[6] فى[7] لجّة[8] البحر فى المراكب[9] المزخرفة[10] المرخيّة[11] عند[12] تحلّلها وذوبها[13] انّه انّما[14] صاحب من خذله[15] واستسلم الى من غرّه وخدعه فيا لها من[16] حسرة ما اعظمها لمغرور[17] بحبيب خائن وقرين[18] خاذل،

يا نفس من[19] غرس طيّبا اكل طيّبا ومن غرس خبيثا[20] اكل خبيثا[20] وانّ[21] ثمرة العمل الصالح كأصلها وثمرة* العمل الردى كأصلها وقليل

* In h. v. B. desinit: ultimum folium excidit.

[1] W. الغدر, B. et H. الغرور; [2] W. والسهور; [3] W. مقرونا, B. et H. مفرم (مُغرَما?); [4] W. التلذذ واللهو, B. التلدد والهوا, H. التلدد والهوى; [5] codd. طربه; [6] W. انه راكبٌ; [7] P. على; [8] لجّة W. om.; [9] B. et H. المركب; [10] W. المزخرفته; [11] W. المرزجنه; [12] عند W. om.; [13] W. ودونها; [14] انّما W. om.; [15] W. حذله; [16] من W. om.; [17] B. et H. المغرور, W. بالمغرور; [18] B. et H. قرين sine و; [19] W. انه من; [20] W. حبيثا; [21] W. فان.

suis percipiendis non cogitet, perniciosarum cupiditatum vehiculo vehens, abiecto deliciarum et voluptatum appetitu imbutus, viarum suarum nullam rationem habens, in exitium suum intentus! Cognoscat is qui per vastum mare vehitur in vehiculis simulatis et commodis, quum solvuntur et liquefiunt, societatem se iniisse cum aliquo qui ipsum destituit et dedisse se alicui qui ipsum decepit et fefellit! O quae calamitas! quam magna est! decipitur quis ab amico frustrante socioque destituente!

Qui suavia serit, o anima, suavia edit, qui vilia, vilia. Fructus enim operae bonae respondet radici ipsius nec non fructus operae malae respondet radici ipsius. Paulum scientiae

من العلم مع العمل به انفع[1] من كثير من[2] العلم مع قلّة العمل[3] به فرحم اللّه من علم وعمل وعلّم وقرى وفهم وفهّم ووصل وأوصل وكان وسيطا بالحقّ ناطقا[4] بالصدق مقترنا[5] بالتوفيق[6]

[1] W. خير; [2] من W. om.; [3] post العمل W. perorat تمّ كتاب معاولة (l. معاذلة) النفس والحمد لواهب العقل والصور والصلوة على انبيائه واوليائه وخصّص بالصّلوات محمّد وآله الطاهرين فى عسى (عشىّ ?) الاوّل من ذى العقله (?) الشريفة فى تاريخ سنة اربع وستين والف بمدينة القسطنطينية المحمية عمّرها اللّه تعالى عن آلافام (?); [4] H. وناطق; [5] H. مقتديا; [6] in P. subscriptum est: تمّت رسالة هرمس الحكيم بعون السيّد المسيح ربّنا له المجد دائما وعلينا رحمته آمين; in H.: كملت اربعة عشر رسالة لارسطاليس والمجد لواهب النقل (العقل ?) والمعرفة والنعمة دايمًا آمين آمين.

quod agendo sequeris utilius est quam multum scientiae quod parum agendo sequeris. Misereatur deus eius qui scit et agit et alios docet, recitat recitataque intellegit et alios intellegentia imbuit, ad propositum finem et ipse pervenit et alios perducit, recte intercedit, vere loquitur, divini auxilii particeps est.

Adnotationes.

Ad cap. 1.

§. 1—3. Scriptor animam instituit ad ea quae traditurus est bene et recte intellegenda. Praeceptorum eius[1] interpretes prodeant Fratres Sinceri: *Die Wissenschaften sind in der Seele nichts als Formen des Gewussten, welche die Seele abstrahirt und ihrem Denkvermögen einbildet.* Dieterici Die Naturanschauung p. 6, cf. Die Log. u. Psych. p. 5. 86. — *Offenbar und klar sind die Dinge dieser Welt. Verborgen ...... sind die Dinge der anderen Welt. Gott bestimmte, dass das Offenbare, Klare auf das Verborgene und Geheime hinweise.* Die Propaedeutik p. 69—70. *Die Bezeugung des Verursachten führt auf die Setzung der Ursache.* Die Log. u. Psych. p. 65. *Da er* (sc. *der allweise Werkmeister) sich vor dem Blick der Augen durch die Schleier des Lichtes verhüllt und er herrlich und erhaben ist über die Vorstellungen der Einbildungskraft und des Denkens, so stellte er seine Werke den Augen zur Betrachtung und Bezeugung hin und brachte zur Enthüllung und Offenbarung hervor, was in seiner tiefsten Verborgenheit lag, damit das Gesicht sein wahrnehme und des Hinweises und Beweises entbehren könne.* Der Streit zw. Mensch u. Thier p. 95, cf. Die Anthropologie p. 16.

---

[1] Exempla in §. 1 proposita hunc in modum accipias: *vitae participes* sunt homines et bestiae, inter *animantia* plantae quoque referuntur, *corporis* notionem etiam latius patere in promptu est, *substantia latissima vocabuli vi* significantur, ut videtur, substantiae et corporeae et incorporeae.

§. 5—6. Ad scientiam consequendam anima tum auxilium dei imploret oportet (§. 4), tum suas ipsius facultates strenue adhibeat. Eae autem sunt facultates cogitatione rerum informandarum et effingendarum — cf. appendicem s. vv. تَصَوُّر et تَمَثُّل —, quarum exercitatione secundum c. 5,1 usus rationis efficitur. — Sententiam de ratione inter res sensibus subiectas et res sola mente contemplandas intercedente ad Platonicorum et Neoplatonicorum doctrinam vel proxime accedere nihil est cur moneam. In Poemandre quoque (ed. Parthey Berol. 1854) c. 6, 4 Hermes Trismegistus *πάντα* inquit *τὰ τῷ ὀφθαλμῷ ὑποπίπτοντα εἴδωλά ἐστι καὶ ὥσπερ σκιαγραφίαι.* Similiter Fratres Sinceri: *Die Gattungen der Geschöpfe dieser Welt sind nur Umrisse und Gleichnisse für die Formen und Creaturen in der Sphärenwelt und Himmelsweite, wie die Zeichnungen und Bilder an den Flächen und Decken der Mauern Umrisse und Gleichnisse sind für die Formen dieser fleischlichen Thiere. Die Geschöpfe aus Fleisch stehen zu diesen Geschöpfen, deren Substanzen rein sind, in demselben Verhältniss, wie die gezeichneten und gemalten Figuren zu diesen Thieren mit Fleisch und Blut.* Die Propaedeutik p. 150—151; cf. c. 2,7.[1] — Ea quae sequuntur, codicibus vel maxime depravatis et inter sese discrepantibus, abstrusiora sunt quam ut quid velit scriptor assequi possis.

§. 7. Locus obscurior. Subesse videtur praeceptum dogmatistarum muhammadanorum solis substantiae et qualitatis categoriis veritatem tribuendam esse, cetera quae Aristoteles statuit praedicamenta in sola specie versari: v. Cl. Ritterum *Ueber unsere Kenntniss der arab. Philosophie. Gött. 1844.* p. 26 sqq. Veram scientiam quam in mundo sensus sibi peperit anima, quum res humanas relinquit, non amittit: v. ad c. 10,4.

§. 8—11. In describendo rerum universitatis ordine auctor libri prorsus Neoplatonicorum vestigia premit. Cum eis quae alibi profitetur ista emanationis doctrina minus convenit. Proxime explicatio eius attingit placita Fratrum Sincerorum[2]: *Das erste Ding, welches der Schöpfer hervorbrachte und*

---

[1] De philosophis iudaicis idem profitentibus v. Cl. Dukesium *Philosophisches aus dem 10. Jahrh. Nakel 1868.* p. 24.

[2] Conferas quoque praecepta Al-Fârâbii *Fontes quaestionum*

in's Sein rief, war eine einfache, geistige, höchst vollendete, vollkommene, vortreffliche Substanz, in welcher die Formen aller Dinge enthalten waren.[1] *Sie heisst Vernunft. Von dieser Substanz ergoss sich eine andere, die in der Stufenfolge unter ihr steht und Allseele heisst.* Die Lehre von der Weltseele p. 15. *Da die Emanation vom Schöpfer auf die Vernunft und von der Vernunft auf die Seele fortdauert, verbindet sich die Seele dem Körper und bildet in ihm die Formen, Gestalten und Farben, um durch die Vortrefflichkeit und Schönheit so weit denselben zur Vollendung zu bringen, als die Annahme (-Fähigkeit) des Körpers und die Reinheit seiner Substanz solches zulässt.*[2] *Die erste Gestalt, welche die Seele im Körper schuf, war die Kugelgestalt, die ja die vortrefflichste der Gestaltungen ist. Die Bewegung derselben ist die Kreisbewegung, die vorzüglichste aller Bewegungen. Dann ward die eine Hohlkugel der Reihe nach im Innern der andern geordnet und zwar von der Umgebungssphäre an bis zum Erdmittelpunkt. Es sind zusammen elf Sphären, doch ist das Ganze nur eine in einer Reihenfolge wohl geordnete Welt.* ibidem p. 25. *Die Welt der Himmelskreise ist reiner und steht höher als die Welt der Elemente, und in der Welt der Elemente steht das eine höher als das andre. Denn das Feuer ist reiner und steht höher als die Luft; die Luft ist wieder reiner und steht höher als das Wasser; das Wasser aber wieder ist reiner und steht höher als die Erde.* Die Naturanschauung p. 4—5.

Ad cap. 2.

Adumbrato rerum universitatis ordine scriptor postquam paullisper in rebus humanis moratus est, certa ratione missa, errat quodammodo et vagatur.

---

c. 6—12 ap. Cl. Schmoeldersium Documenta philosophiae Arabum. Bonnae 1836. p. ٣٩ sqq. (p. 46 sqq.).

[1] Cf. infra ad c. 12, 5—7.

[2] Cf. Die Log. u. Psych. p. 100: *Die Seele ist ihrem Wesen nach eine geistige Substanz, verbindet sie sich mit einem der Körper, so macht sie ihn lebend so wie sie selbst ist, grade so wie das Feuer, welches seinem Wesen nach eine geistig-leibliche Substanz ist, wenn es einem Körper nah kommt, ihn so heiss macht wie es selbst ist;* Plot. Enn. II. 9, 3.

§. 5—6. Hoc loco primo *animae praeexsistentia* attingitur, quae sententia, si verum quaeris, omnibus quae proponuntur praeceptis omnibusque qui effunduntur questibus subest. Similiter se habent scripta veterum Sufiorum (v. Cl. Tholuckium Ssufismus, Berol. 1821, p. 127 sqq.), Fratrum Sincerorum, Al-Ghazzâlii; e contrario Al-Fârâbî animae praeexsistentiam negat (*Font. quaest.* c. 22) quem postea Jbn Sînâ et Jbn Ruschd, Aristotelicorum inter Arabes principes, secuti sunt.[1] — Caussam qua anima adducta sit, ut in mundum exsistendi atque intereundi descenderet, scriptor e libero arbitrio eius repetit atque in cupiditate cognitionis ponit quae quidem plurimis locis laudandi scientiae studii naturam prae se fert, c. 11, 1—7 autem vituperandae curiositatis cuiusdam specie induitur.[2] — Cum doctrina animae praeexsistentiae intime cohaerent praecepta *μετεμψυχώσεως* et *ἀναμνήσεως*, ut Platonis vocabulis utar, quae tamen in nostro libro tecte indicantur magis quam aperte explicantur.

§. 7. Simillime in appendice Fratrum Sincerorum commentationis 21. *ein Weiser von den Philosophen der Genien* regi *wisse*, inquit, *o weiser König, dass diese Formen und Gestalten, und diese Gebäude und Eigenschaften, die du in der Körperwelt und an den sichtbaren Gegenständen wahrnimmst, Abbilder, Umrisse und Abdrücke derselben Formen in der Geisterwelt sind . . . . . diese — hier — sind sinnlich wahrnehmbar, jene — in der Geisterwelt — aber nur geistig begreifbar, ewig, während diese vergänglich und zerstörbar sind, schwinden und verderben.*

---

[1] De partibus quas placitum animae praeexsistentiae in Judaeorum philosophia gessit v. Cl. Schmiedlium *Studien über jüdische, insonders jüd.-arabische Religionsphilosophie. Wien 1869.* p. 131 sqq.

[2] Jam Philo De conf. lingu. Phil. opp. ed. Pfeiffer III. p. 348 *τοὺς κατὰ Μωϋσῆν σοφοὺς ἕνεκα τοῦ φιλοθεάμονος καὶ φιλομαθοῦς εἰς τὴν περίγειον φύσιν ἀποδημεῖν* solere narrat. — Plotinus *τὸ πτῶμα τῆς ψυχῆς* ex instinctu quodam naturae animae insito repetit: v. Cl. Zellerum *Die Philosophie der Griechen. 2. Aufl.* III, 2. p. 491 sqq. — Fratribus Sinceris animae in res humanas descensus poena peccati cuiusdam esse videtur: Dieterici Die Anthropologie p. 142. 160, perinde atque in libro Hermetico cui inscribitur *κόρη κόσμου* (ap. Patritium loco supra p. X n. 2 commemorato fol. 35r) Isis, Horon filium alloquens, *κόλασις* inquit *αὐταῖς* (sc. *ταῖς ψυχαῖς*) *ἡ ἐνσωμάτωσις.*

Dieterici Der Streit zw. M. u. Th. p. 95. Ceterum cf. c. 1, 5—6 et c. 6, 9.

§. 9—10. De studio rerum humanarum omnium vitiorum quasi radice quadam v. c. 3, 9.

§. 11—13. Perfectionis atque absolutionis gradum eum obtinere, qui scit et agit, pluribus exponitur c. 4, 13. — Hominis progressus profectusque Fratres Sinceri quoque praemisso plantae exemplo illustrant: Dieterici Die Lehre von der Weltseele p. 20 sqq. — *Corpora divina* (§. 13) sunt corpora coelestia. Dubitat igitur scriptor utrum stellae ad conformanda atque excolenda ea quae infra lunam gignuntur valeant an non valeant, quam stellarum vim Fratres Sinceri non solum persuasam habent sed etiam integra commentatione 25. — Dieterici Die Anthropologie p. 64 sqq. — copiosissime atque accuratissime describunt.

§. 14—15. Subest, ni fallor, imagini sententia res sub sensus cadentes ad cognitionem rerum superiorum perducere vel ex eis quae creata sunt eum qui creavit cognosci posse: c. 1, 3. 7, 8.

Ad cap. 3.

§. 1—4. Est prima scriptoris sententia animam in mundo exsistendi atque intereundi vitam agere naturae ipsius contrariam eamque ob rem necessario omnes perpeti acerbitates neque nisi ita quietem capere ut e rebus humanis excedat; cf. ad c. 5, 2—5.

§. 5—6. De animae cum deo coniunctione ac cognatione v. c. 9, 4.

§. 7. Locus prorsus similis c. 6, 5—6 occurrit. Subest, ut videtur, praeceptum animam corpore mortuo si rerum humanarum studium non abiecerit, in mundo sensus remansuram esse; cf. c. 14, 2.

§. 8. *Captiva* dicitur anima quae rerum humanarum studio incensa ac quasi quodammodo capta est et tenta, *mortua* autem est anima quae cupiditates coercuit libidinesque refrenavit atque a rebus humanis revocata est et abducta (*dem Irdischen abgestorben*) — cf. c. 4, 11—12 —; quae est loquendi ratio a Neoplatonicis sumpta, e quibus multorum loco audias

·Porphyrium Sentt. 7—9: *ψυχὴ καταδεῖται πρὸς τὸ σῶμα τῇ ἐπιστροφῇ τῇ πρὸς τὰ πάθη τὰ ἀπ' αὐτοῦ· καὶ λύεται δὲ πάλιν διὰ τῆς ἀπ' αὐτοῦ ἀπαθείας. — ὃ ἔδησεν ἡ φύσις, τοῦτο καὶ φύσις λύει. καὶ ὃ ἔδησεν ἡ ψυχή, τοῦτο αὐτὴ λύει. ἔδησεν μὲν ἡ φύσις σῶμα ἐν ψυχῇ· ψυχὴ δὲ ἑαυτὴν ἐν σώματι. φύσις μὲν ἄρα λύει σῶμα ἐκ ψυχῆς· ψυχὴ δὲ ἑαυτὴν λύει ἐκ τοῦ σώματος. — ὁ γοῦν θάνατος διπλοῦς· ὁ μὲν συνεγνωσμένος, λυομένου τοῦ σώματος ἀπὸ ψυχῆς· ὁ δὲ τῶν φιλοσόφων, λυομένης τῆς ψυχῆς ἀπὸ τοῦ σώματος· καὶ οὐ πάντως ἕτερος ἑτέρῳ ἕπεται.*

§. 9. Idem placet Fratribus Sinceris: *Betrachtet man die Dinge der Welt mit Hülfe der Vernunft ..., so sieht man, dass die Ursache von den meisten menschlichen Uebeln die grosse Begierde zur Welt und die Gier danach ist, dass aber das Haupt von allem Gut, und die Wurzel aller Vortrefflichkeit die Enthaltsamkeit von der Welt . . . sei.* Dieterici Die Log. u. Psych. p. 151—152. Vulgo dicitur حبّ الدنيا والمال رأس كل خطيئة (ap. Cl. Freytagium Arabum proverbia. III, 1. p. 88 n. 524), cf. Fratres Sinceros ap. Dietericium l. l. p. 146. Ceterum v. c. 2, 9 et c. 9, 1—3.

§. 11. *Das partielle Verfahren* recte monet Ill. Fleischer in Illgenii *Zeitschr. für die histor. Theologie.* X. p. 105 n. 13 *ist nach dem Zusammenhange die auf Uebung einzelner Pflichten und Vervollkommnung einzelner Geisteskräfte abzielende gewöhnliche Ascese; das universelle Verfahren die jenem entgegengesetzte enthusiastische Erhebung des gesammten Menschen in das absolute Element der Mystik.*

§. 12. *Generis assimulatio* quam scriptor dicit est *ὁμοίωσις τῷ θεῷ* (ut Platonici aiunt, v. Cl. Creuzerum Plotini liber de pulcritudine. Heidelb. 1814. p. 289) in qua non solum Fratres Sinceri summum philosophiae finem collocant — cf., ut alia mittam, definitionem philosophiae ap. Dietericium l. l. p. 188[1] —, sed etiam Al-Fârâbî eorum quae philosophi faciant fugiantve rationem ponit: *de rebus philosophiae studio praemittendis* c. 4 ap. Schmoeldersium l. l. p. ٨ (p. 22).

---

[1] الفلسفة التشبّه بالإله بحسب الطاقة البشرية i. e. *philosophia est studium deo similem se reddendi pro viribus humanis*; eisdem prorsus verbis utitur Al-Dschurdschânî in *libro definitionum* ed. Flügel, Lips. 1845, p. 176, 4.

Ad cap. 4.

§. 1—2. In hac vita, scriptor ait, mala ante bona anticipanda sunt.

§. 3. Locus difficilior. Mari significantur res humanae. Navigium autem quo anima istud per mare vehi fingitur corpus est: c. 14, 14; cf. Fratres Sinceros: *Man vergleiche die Seele dem Schiffer, den Leib dem Schiff.* Dieterici Die Anthropologie p. 17, cf. p. 43. 127.[1] Cur denique hoc animae vehiculum e congelata aqua esse dicatur, ex eo causam repetas quod corpus eisdem ex elementis conflatum et concretum esse existimatur e quibus hic mundus constat cum mari vel aqua collatus.

§. 4. Est praeceptum Platonis qui de rep. p. 508 c—d Socratem de colloquio ab ipso cum Glaucone instituto haecce referentem facit: *'Οφθαλμοί, ἦν δ' ἐγώ, οἶσθ' ὅτι, ὅταν μηκέτι ἐπ' ἐκεῖνά τις αὐτοὺς τρέπῃ ὧν ἂν τὰς χρόας τὸ ἡμερινὸν φῶς ἐπέχῃ, ἀλλὰ ὧν νυκτερινὰ φέγγη, ἀμβλυώττουσί τε καὶ ἐγγὺς φαίνονται τυφλῶν, ὥσπερ οὐκ ἐνούσης καθαρᾶς ὄψεως; Καὶ μάλα, ἔφη. Ὅταν δέ γ', οἶμαι, ὧν ὁ ἥλιος καταλάμπει, σαφῶς ὁρῶσι, καὶ τοῖς αὐτοῖς τούτοις [ὄψις] ἐνοῦσα φαίνεται. Τί μήν; Οὕτω τοίνυν καὶ τὸ τῆς ψυχῆς ὧδε νόει· ὅταν μὲν οὗ καταλάμπει ἀλήθειά τε καὶ τὸ ὄν, εἰς τοῦτο ἀπερείσηται, ἐνόησέ τε καὶ ἔγνω αὐτὸ καὶ νοῦν ἔχειν φαίνεται· ὅταν δὲ εἰς τὸ τῷ σκότῳ κεκραμένον, τὸ γιγνόμενόν τε καὶ ἀπολλύμενον, δοξάζει τε καὶ ἀμβλυώττει ἄνω καὶ κάτω τὰς δόξας μεταβάλλον καὶ ἔοικεν αὖ νοῦν οὐκ ἔχοντι. Ἔοικε γάρ.* — De formis et figuris in ratione ipsa positis v. ad c. 12, 5—7.

---

[1] Sumptum est simile ab Arabibus e Platonicis. In Platonis Timaeo p. 41e Critias stellam a rerum universitatis creatore animae ad habitandum datam *ὄχημα* quoddam animae appellat. — Aristoteles quaestionem *εἰ οὕτως ἐντελέχεια τοῦ σώματος ἡ ψυχὴ ὥσπερ πλωτὴρ πλοίου* de an II, 1 (p. 413, a, 8) negando dissolvit. — Plotinus Enn. IV. 3, 21 eandem similitudinem (*λέγεται οὕτως ἐν τῷ σώματι εἶναι ἡ ψυχὴ ὡς ὁ κυβερνήτης ἐν τῇ νηΐ*) pluribus disputat nec prorsus rei convenire statuit. — Attamen serioribus Platonicis ista similitudo celebratissima est: v. Wyttenbachium in *animadversionibus* in Plutarchi librum *de sera numinis vindicta* (Lugd. Bat. 1772) p. 97 sqq.

§. 5—6. Minus severe Fratres Sinceri: *Die Enthaltsamkeit in dieser Welt* [الزهد فى الدنيا, *aspernatio huius mundi?*] *ist Unterlass des überflüssigen Niessnutzes dieses Lebens, dass man ihren Begierden nicht nachstrebe und sich mit dem Wenigen, was nothwendig ist, begnüge.* Dieterici Die Log. u. Psych. p. 153.

§. 7—8. Veros amicos in hac terra non inveniri scriptor saepius queritur: c. 5, 12—13. 7, 10—11.

§. 9—10. *Inscientiam, egestatem, timorem* patet esse contraria virtutum Platonicarum quae sunt *σοφία, σωφροσύνη, ἀνδρεία*; cf. ad c. 5, 6 nec non appendicem s. vv. أَمْن et غِنًى. *Tristitia* autem saepe ista vitia comitatur sectaturque, veluti c. 2, 10, eademque c. 12, 10 in aegrotationibus mentis ponitur; cf. Poemandrem (ed. Parthey) c. 6,1: *λύπη κακίας μέρος*.

§. 11—12. Animae *mors et captivitas* quid sibi velint ad c. 3, 8 exposui.

§. 13. Summo loco eum collocatum esse, qui scit et agit, scriptor iam supra c. 2, 11 indicavit; consentit vox proverbialis رتبة العمل بالعلم اعلى الرتب.[1] Iam addit eum, qui agit quamvis non sciat, praestare ei, qui scit quidem at non agit, cf. c. 14, 15; quod idem, si fides est Ibn Alzeiyegio ap. Dukesium l. l. p. 115, etiam Al-Fârâbio placuit. Similitudinem loci nostri quod attinet, Al-Ghazzâlî — *O Kind! Die berühmte ethische Abhandlg Ghasali's; arab. u. deutsch von* Hammer-Purgstall, Vindobonae 1838, cap. 4 —, eum, qui vel maxima quidem pollet doctrina, at agere secundum eam omittit, homini confert qui et armatissimus et fortissimus quidem est, at instante periculo armis non utitur; magis cum Nostro facit sententia عاقل بلا ادب كشجاع بلا سلاح.[2]

§. 14. Animam inter et rationem similis quaedam ratio intercedit quam lunam inter et solem; cf. c. 5, 9—11. Paullo aliter Fratres Sinceri: *Auch kann man das Verhältniss der Vernunft zum Schöpfer mit dem Verhältniss des Sonnenlichts zur Sonne vergleichen, das der Seele zur Vernunft aber mit dem des Mondstrahls zum Sonnenlicht, denn wie der Mond sich vom Strahl*

---

[1] *Wissen und danach handeln, das steht am höchsten.* Fleischer *Ali's hundert Sprüche, Lpz. 1837, Anhang I.* n. 94.

[2] *Ingeniosus sine cultura strenuo sine armis similis est.* Freytag l. l. III, 1. p 345 n. 2076; cf. vocem ibidem p. 344 n. 2069 exhibitam.

der Sonne mit einem Licht anfüllt, das dem Strahl des Sonnenlichts gleicht, so gleichen auch die Thaten der Seele, wenn sie den Erguss der Vernunft annimmt, und sich damit zu vervollkommnen sucht, den Thaten der Vernunft. Dieterici Die Anthropologie p. 46; cui loco iungas alterum: *auch gleicht er (sc. der Körper) einer Wolke zwischen dem Blick des Schauenden und dem Sonnenlicht, denn finster sind die Anlagen des Leibes, da sie den Blick zum Licht der Vernunft verwehren.* ibidem p. 131—132. Qua quidem in similitudine rursus Neoplatonismi vestigium cernitur apud Arabes divulgati.[1] — De defectu lunae Fratres Sinceri in comment. 3. *Eine Mondfinsterniss* inquiunt *findet nur in der Mitte des Monats statt . . . Dann steht die Erde in der Mitte, so dass das Licht der Sonne gehindert wird, den Mond zu erleuchten, dann sieht man den Mond verfinstert, da er nicht an sich Licht hat, sondern sein Licht von der Sonne nimmt.* Dieterici Die Propaedeutik p. 51—52. — *Causas exsistendi atque intereundi* quae inter animam et rationem interveniant codices R. et L. recte interpretantur *causas sanguinis, pituitae, fellis.* His autem significatur corpus: c. 5, 9—11, quia, ut Fratrum Sincerorum verbis utar, *die Leiber der Creatur aus vier Mischungen, aus Blut, Schleim und den beiden Gallen (Schwarz- und Gelbgalle) zusammengesetzt sind.* Dieterici Die Anthropologie p. 37, cf. p. 42. Die Log. u. Psych. p. 3. 105—106.

Ad cap. 5.

§. 1. De animae facultatibus cogitatione rerum sibi informandarum et effingendarum v. ad c. 1, 5—6.

---

[1] Plato de rep. p. 508b—c ipsum *τὸ ἀγαθὸν ἐν τῷ νοητῷ τόπῳ πρός τε νοῦν καὶ τὰ νοούμενα* idem esse statuit quod *τὸν ἥλιον ἐν τῷ ὁρατῷ πρός τε ὄψιν καὶ τὰ ὁρώμενα.* (Aristoteles celeberrimo illo loco de an. III, 5 (p. 430, a, 15) *ὁ δὲ* (sc. *νοῦς ποιητικός*) inquit *τῷ πάντα ποιεῖν ὡς ἕξις τις οἷον τὸ φῶς,* cf. ad c. 5, 9—11.) Plotinus vero Enn. V. 6, 4: *ἀπεικαστέον τὸ μὲν* (sc. *τἀγαθόν*) *φωτί, τὸ δὲ ἐφεξῆς* (sc. *ὁ νοῦς*) *ἡλίῳ, τὸ δὲ τρίτον* (sc. *ἡ ψυχή*) *τῷ σελήνης ἄστρῳ, κομιζομένῳ τὸ φῶς παρ' ἡλίου. ψυχὴ μὲν γὰρ ἐπακτὸν νοῦν ἔχει, ἐπιχρωννῦντα αὐτὴν νοερὰν οὖσαν· νοῦς δ' ἐν αὑτῷ οἰκεῖον ἔχει, οὐ φῶς ὢν μόνον, ἀλλ' ὃ ἔστι πεφωτισμένον ἐν τῇ αὑτοῦ οὐσίᾳ,* cf. Enn. V. 1, 7.

§. 2—5. Anima, scriptor ait, nihil antiquius habeat oportet quam ut rerum humanarum vincula effugiat. In fuga enim eorum quae sub sensus cadunt summum animae finem collocat: §. 11; c. 4, 6 et 14; 10, 9; cf. praeter alia Plat. Theaet. p. 176a—b; Plot. Enn. I. 2, 1.

§. 6. Spectantur virtutes Platonicae quae sunt *σοφία, σωφροσύνη, ἀνδρεία*; cf. ad c. 4, 9—10. — Cum initio loci sine dubio intime cohaeret sententia in libro aethiopico cui titulus est *liber philosophorum* — ap. Dillmannium Chrestom. aeth. p. 43 n. 160, b — *philosopho cuidam* tributa: *Equidem multas voluptates vidi neque vero quidquam inveni quod magis voluptarium esset tribus rebus quae quidem sunt animus contentus, scientia, divitiae quae non ex iniustitia fluxerunt.*[1] Cf. ad c. 12, 3.

§. 7—8. Meidânî XX, 53 proverbium affert, افسد الناس الاحمران.[2] — Anima in periculum vocata saepius avi confertur qualibet causa in discrimen adductae: c. 2, 9; 11, 6.

§. 9—11. Anima ut insitam atque innatam rerum cognoscendarum facultatem revera exerceat rationis luce illuminetur necesse est, qua si corpore intercedente privatur, veram rerum cognitionem consequi non potest: c. 4, 14. — De ista vi corporis, ut Platonem eiusque sectatores missos faciam, cf. Poemandrem (ed. Parthey) c. 7, 3. — Cum argumentatione oculum nisi luce adiuvetur res sub aspectum cadentes videre non posse cf. ea quae Plat. de rep. p. 507d—e Socrates de colloquio narrat ipsum inter et Glauconem facto: *Ἐνούσης που ἐν ὄμμασιν ὄψεως καὶ ἐπιχειροῦντος τοῦ ἔχοντος χρῆσθαι αὐτῇ, παρούσης δὲ χρόας ἐν αὐτοῖς, ἐὰν μὴ παραγένηται γένος τρίτον ἰδίᾳ ἐπ' αὐτὸ τοῦτο πεφυκός, οἶσθα ὅτι ἥ τε ὄψις οὐδὲν ὄψεται τά τε χρώματα ἔσται ἀόρατα. Τίνος δὴ λέγεις, ἔφη, τούτου; Ὃ δὴ σὺ καλεῖς, ἦν δ' ἐγώ, φῶς. Ἀληθῆ, ἔφη, λέγεις.* Cf. Arist. de an. II, 7 (pluribus locis) et III, 5 (p. 430, a, 16).

---

[1] Levis illa quae in fine vocis occurrit arabicam inter et aethiopicam recensionem discrepantia facile ex errore interpretis aethiopici originem duxerit vocabulum الغنى minus recte intellegentis.

[2] *Res duae rubrae* [sc. *caro et vinum*] *homines corruperunt.* Freytag l. l. II. p. 216.

Ad cap. 6.

Pergit scriptor animam admonere ut missis rebus humanis in sua ipsius servatione omnem collocet industriam.

§. 2—3. Proverbii loco aiunt [1] كلّ شىء يميل الى شكله; cf. autem c. 3, 2 et c. 8, 8.

§. 4. Dissuadetur matrimonium (cf. §. 10—14).

§. 5—7. Priusquam res humanas relinquit anima rebus futuris provideat oportet et prospiciat; cf. c. 8, 1—4. — De §. 5—6 v. ad c. 3, 7. — In §. 7 non solum sententia sed etiam verbis auctor convenit cum Fratribus Sinceris. Finem enim Fratrum Sincerorum commentationis 9. breviter complectens Dieterici Die Log. u. Psych. p. 173 *Es erfolgt* inquit *eine ausführliche Ermahnung die gegebenen Vorschriften zu beherzigen und den Wandel der Gottvertrauten zu wählen. Jene seien die Imame (Vorsteher) der rechten Leitung, die Fackeln der Finsterniss.*

§. 8—9. De animae in res humanas descensu plura exhibui ad c. 2, 5—6. — *Illustres hospites* (§. 8) dicuntur animae (cf. c. 7, 4), quae appellatio quum omnino in Platonicorum de anima doctrinam optime quadrat, tum imprimis Philonis locum De conf. lingu. Phil. opp. ed. Pfeiffer III. p. 348—350 in memoriam redigit. — Rationem inter res sola mente intellegendas et res sensibus subiectas intercedentem scriptor c. 1, 5—6 et c. 2, 7 illustravit. Similitudo *umbrae,* ut apud Graecos usitatissima est, ita apud Arabes quoque saepius invenitur. Al-Ghazzâlî ap. Tholuckium Comm. de vi quam graeca philosophia in theologiam tum Muhammedanorum tum Iudaeorum exercuerit, Hamb. 1835—37, I. p. 17 *mundi corporalis* inquit *ad eum mundum, de quo modo diximus* — sc. *mundum rei (realis) atque angelorum* —, *rationem talem, qualis umbrae ad corpus hominis, esse scito* [2]; idem simile Al-Shahrastânî l. l. p. 210, 5 ortho-

---

[1] *Omnis res ad rem ipsi similem inclinat.* Freytag l. l. III, 1. p. 447 n. 2688; cf. sententias graecas a Gildemeistero Sexti sententiarum recensiones, Bonnae 1873, p. 75 l. 3 sqq. laudatas.

[2] Perperam Franck *Die Kabbala a. d. Französ. übersetzt von Gelinek. Lpz. 1844.* p. 84 Tholuckio exprobrat quod istum Al-Ghazzâlii

doxo cum Sabaeo disputanti tribuit nec non Abû Sulaimânio vocem Plotino tributam interpretanti p. 335, 1 sqq.

§. 10—14. Mira quaedam similitudo, quae tamen aliquo pacto accedit ad Fratres Sinceros qui animam in rebus humanis versantem et corpore inclusam conferunt *einem weisen guten Mann in einer fremden Stadt, der aber durch die Liebe eines thörichten schlüpfrigen Weibes von schlechtem Charakter versucht wird. Diese sucht ihn fortwährend mit lieblichen Speisen und Getränken, mit prächtigen Kleidern und niedrigen Begierden und aufgeputzten Wohnstätten zu locken. Der früher weise Mann wendet dann durch die grosse List ihrer Liebe und grosse Versuchung verführt alle seine Sorge darauf, ihre Angelegenheit zu ordnen, so dass er selbst seiner Vaterstadt, seiner Verwandten und ihrer Güte vergisst.* ap. Dietericium Die Anthropologie p. 132[1].— De anima modo ad rationem modo ad naturam se inclinante (§. 10) cf. Fratres Sinceros ap. Dietericium Die Lehre von der Weltseele p. 14.

Ad cap. 7.

§. 2. Qui esset animae pater, quae uxor, scriptor modo c. 6, 10—14 exposuit.

---

locum cum Neoplatonicorum placitis nec potius cum praeceptis sectatorum Zoroastris contulerit, qui *in denselben Ausdrücken — indem sie sich nämlich desselben Bildes bedienten — das Grundprincip ihres Glaubens darstellten* teste Th. Hydio Historia religionis veterum Persarum. Oxon. 1700. p. 299 (ap. quem p. 298—300 versa invenis quae refert Al-Shahrastânî l. l. p. 185, 8—188, 1). Etenim Zoroastris asseclae ista similitudine prorsus aliud quid volunt quam Al-Ghazzâlî — *zur Naturnothwendigkeit der Existenz* (sc. lucis) *gehöre der Gegensatz* (sc. tenebrarum): Haarbrücker l. l. I. p. 282 —, idem autem quod Al-Ghazzâlî Platonici graeci iterum atque iterum eadem imagine exprimunt: exempla collegit Creuzer l. l. p. 203 sqq. — Cum Zoroastris sectatoribus eandem rem eodem simili explicat Mani apud Al-Shahrastânium p. 188 s. f.

[1] Proverbia quae sunt الدنيا قحبة فيوم عند عطّار ويوم عند بيطار (ap. Freytagium l. l. III, 1. p. 159 n. 965) et חבל זונה ידועה (ap. Dukesium l. l. p. 3 n. 4) illam similitudinem non attingunt.

§. 4. Sententiam vocabuli صورى *immaterialis* accuratius enucleabo in appendice; ceterum cf. ad c. 6, 8—9.

§. 5. *Robigine* significantur animae vitia, quae similitudo (a speculo sumpta) infra quoque c. 10, 2—3 uberius explicatur et omnino Arabibus vel maxime celebrata est[1].

§. 8. Quod Deus *maxima quaestio* (materia inquisitionis et cognitionis) vocatur, e Plat. de rep. p. 505 a sqq. repetendum esse videtur, quo loco Socrates ostendit *τὴν τοῦ ἀγαθοῦ ἰδέαν* esse *μέγιστον μάθημα.*

§. 9. *Das Vorhandene* Fratres Sinceri inquiunt *zerfällt in zwei Arten, Alldinge und Theildinge. Die Alldinge sind die Anfänge, diese ordnen sich; zuerst die erhabensten, dann die niedrigeren bis zum letzten. Sie bilden 9 Stufen wie die 9 Einer: das Erste der Schöpfer, die Ursache aller Ursachen; dann die Vernunft; die Seele; die Natur; Urmaterie; der allgemeine Körper; der Allhimmel; die vier Elemente; die drei Producte, von denen das letzte das Mineral ist.* [cf. ad c. 1, 8—11.] *Die Theildinge dagegen beginnen von ihrem mangelhaftesten Zustand und steigen dann auf, eins nach dem anderen, bis zur höchsten Vollendung.* ap. Dietericium Die Anthropologie p. 133—134; cf. p. 118. Noster *rebus universalibus* elementa rerum, *rebus particularibus* singulas res quae ex elementis constant significare videtur.

§. 10—11. Duo amici illi sunt mundus sensus et mundus rationis; cf. c. 8, 1—2.

Ad cap. 8.

§. 1—4. Priusquam ex hac vita excedit anima vitae futurae curam impendat oportet. *So,* inquit auctor Fratrum Sincero-

---

[1] Iam prophetae tribuitur: Meid. XXX, 46 cf. Schol. in Harîr. Maqâm. ed. II. p. 121, l. 19—20 [quacum sententia de visitatione sepulcrorum conferas voces iudaicas a Dukesio *Zur rabbin. Spruchkunde. Wien 1851.* p. 1 allatas] multisque subest dictis proverbialibus: Meid. X, 236; Fleischer *Ali's hundert Sprüche. Anh. I.* n. 66 cf. Freyt. l. l. III, 1. p. 141 n. 850 [quo loco utique recte coniicit editor pro تجلو codicis legendum esse تجلى]; n. 89, Freyt. III, 1. p. 168 n. 1020; n. 237, Freyt. III, 1. p. 508 n. 3051.

rum commentationis 22. ap. Dietericium l. l. p. 18, *sagt der Prophet: Einsichtig ist der, welcher sich selbst kennt und für das, was nach dem Tode ist, wirkt.* [cf. Meid. XXX, 2.] *Verständig ist der, welcher sein Herz der Welt entreisst, ehe der Leib von der Welt scheidet. . . . Bevor diese leibliche Stadt zerfällt, nehme man sich eine ewige Wohnstätte in der geistigen . . .*

§. 6—8. التقى *cautio* est vocabulum e Qur'âno in ethicen muhammadanam receptum, quod in universum significat fugam rerum quibus detrimentum capere possis a vita futura (cf. §. 8 et 11), ab interpretibus Qur'âni autem in complures gradus distinguitur: v. Beidhâwium ad Sûr. 2, 1 et 2 ap. Fleischerum I. p. 14, 18 sqq. et p. 15, 15 sqq.

§. 10—11. Conferas similem locum c. 9, 8.

§. 12. Eodem modo Fratres Sinceri ap. Dietericium l. l. p. 163 res distribuunt: *Die Substanzen zerfallen in zwei Gattungen. Das was von ihnen hoch und zart ist, heisst Hochsubstanz; das niedrige und dicke aber heisst Niedersubstanz.* — Quemadmodum e motu orbium coelestium quattuor rerum elementa originem duxerint, Aristotelis et Platonicorum placita inter sese miscens, explanat Al-Fârâbî *Font. quaest.* c. 9—11.

§. 13—14. Simili argumentatione Plotinus Enn. II. 9, 5 Gnosticos impugnat: *ἄλογος δὲ καὶ ἡ παρεισαγωγὴ αὐτοῖς τῆς ἑτέρας ψυχῆς ταύτης, ἣν ἐκ τῶν στοιχείων συνιστᾶσι· πῶς γὰρ ἂν ζωὴν ἡντινοῦν ἔχοι ἡ ἐκ τῶν στοιχείων σύστασις; ἡ γὰρ τούτων κρᾶσις ἢ θερμὸν ἢ ψυχρὸν ἢ μικτὸν ποιεῖ ἢ ξηρὸν ἢ ὑγρὸν ἢ μίγμα ἐκ τούτων· . . . ὅταν δὲ προσтιθῶσι καὶ ἀντίληψιν αὐτῇ καὶ βούλευσιν καὶ ἄλλα μυρία, τί ἂν τις εἴποι;*

Ad cap. 9.

§. 1—3. Mira quadam imagine illustratur sententia c. 2, 9 et c. 3, 9 proposita studium rerum humanarum omnium vitiorum fontem esse; cf. c. 3, 7.

§. 4. Animam ei qui creavit eam coniunctam cognatamque esse iam c. 3, 5—6 similitudine significatum est; cf. c. 14, 12.

§. 6. Quae in §. 6 sequuntur *miseriae et beatitudinis* definitiones, eae ad Aristotelem referendae sunt auctorem:

v. Zellerum l. l. II, 2. p. 422 n. 4.[1] Propositiones quibus nituntur satis recte explicant Fratres Sinceri: *Sinnliche Wahrnehmung ist nichts mehr, als dass die Mischung des Sinnes dem Sinnlichwahrgenommenen in der Qualität gleich werde und die Seele von der Aenderung dieser Mischungen wisse.* Die Anthropologie p. 30, cf. p. 25 et 37. *Schmerz ist Heraustreten aus dem Gleichmass zum Mehr in einer der Mischungen und Naturen* (ex quibus animalium corpora conflata sunt), *oder ein Heraustreten zum Weniger in einer derselben. Lust dagegen ist Rückkehr der Mischung zum Gleichmass, nachdem dieselbe aus dem Gleichmass herausgetreten war.* ibidem p. 37, cf. p. 146.

§. 8. Eadem argumentatio c. 8, 10—11 occurrit.

Ad cap. 10.

§. 2—3. De imagine *robiginis* v. ad c. 7, 5.

§. 4. In definienda *morte physica* consentiunt Fratres Sinceri: الممات هو مفارقة النفس الجسد (*mors est discessus animae a corpore*) Die Log. u. Psych. p. 191 s. v. *Tod.* Cuius definitionis sedes exstat in Platonis locis Phaed. p. 64c et Gorg. p. 524 b, ex quibus fluxerunt Plotinianum: ὁ δέ ἐστιν ὁ θάνατος, χωρὶς εἶναι τὴν ψυχὴν τοῦ σώματος Enn. I. 6. 6, Philoneum: ὁ . . ἀνθρώπου (sc. θάνατος) χωρισμός ἐστι ψυχῆς ἀπὸ σώματος Leg. allegor. l. I. ap. Pfeifferum I. p. 180, alia. Simile autem quo scriptor utitur, si ea quae alias de animae patria tradit spectas, minus aptum dixeris. Etenim utique nihil aliud vult nisi quod Fratres Sinceri: *Wenn die Seele diesen Bau verlässt und derselbe nicht mehr ihre Wohnstatt bildet, so begleiten sie von den Aneignungen mittelst dieses Körpers nur die von ihr erworbenen herrlichen Kenntnisse und schöne engelartige Eigenschaften, richtige Ansichten, gute und reine, wohlgefällige und wahren Nutzen gewährende Werke. Denn dies bleibt in dem Wesen der an sie gewöhnten Seele als geistige, leuchtende, glänzende Form ihr eingebildet.* Die Naturanschauung p. 53, cf. Die Log. u. Psych. p. 136.

---

[1] Similia quaedam iam apud Platonem inveniuntur: v. Zellerum II, 1. p. 549 n. 2.

§. 4—6. Verbosius repetitur quod iam c. 8, 10—11 et c. 9, 8 explanatum est.

§. 7—9. Subsunt explicationi praecepta Aristotelea: v. Zellerum l. l. II, 2. p. 443.

Ad cap. 11.

§. 1—3. De sententia animae praeexsistentiae ad c. 2, 5—6 disserui.

§. 4. *Carcer* e similitudine apud Platonicos usitatissima aut corpus est aut mundus exsistendi atque intereundi. — Similiter in Poemandre (ed. Parthey) c. 7, 3 Hermes Trismegistus postquam corpus descripsit, animam alloquens *τοιοῦτός* ait *ἐστιν ὃν ἐνεδύσω ἐχθρὸν χιτῶνα, ἄγχων σε κάτω πρὸς αὐτόν*, ... *ἵνα μήτε ἀκούῃς περὶ ὧν ἀκούειν σε δεῖ μήτε βλέπῃς περὶ ὧν βλέπειν σε δεῖ*, cf. ibidem c. 10, 20 et 24.

§. 5—6. Conferas ea quae in Timaeo p. 41 d sqq. narrantur.

§. 8. Perinde Fratres Sinceri: *sie — sc. alle schlechten Charakterzüge, tadelnswerthe Anlagen und schimpfliche Handlungen — sind alle ein Feuer, das nicht erlischt; . . . . . eine Krankheit, die nie heilt.* l. l. p. 160.

§. 9. De cavenda edacitate Fratres Sinceri auctoritate prophetae uxoris commonent: *Ueber die Nachtheile der Uebersättigung sagt die Aïscha: Das Hauptunheil, so das Volk betrifft, ist die Uebersättigung und Speisefülle, denn hat das Volk seinen Leib so angefüllt, werden die Leiber fett, die Herzen hart und gewinnen die Begierden Macht* . . . . . ibidem p. 153.

§. 12. Imago quam scriptor animae perpendendam proponit a Fratribus Sinceris sic explicatur: *Der Leib gleicht einem Schiff, die Seele dem Schiffer, die guten Thaten den Waaren und Kaufgütern, die Welt dem Meer, die Tage dieses Lebens der Ueberfahrt, der Tod dem Gestade, die andere Welt der Stadt der Kaufleute, das Paradies dem Gewinn, Gott dem vergeltenden König.* Die Anthropologie p. 127, cf. p. 43. Hinc anima eo unde venit redire dicitur aut quaestum aut iacturam factura c. 7, 11. 9, 8; cf. Fratres Sinceros Die Log. u. Psych. p. 3, Die

Naturanschauung p. 53. 148, alias. — Locutiones proverbiales quibus idem simile celebratur v. ap. Fleischerum l. l. *Anhang I.* n. 14. 64. 148; cf. Meid. XXX, 174.

Ad cap. 12.

§. 1—4. Admonetur anima ut in omni re constantia utatur et firmitate.

§. 1. In proverbio est ثمرة الصبر نجح الظفر: Meid. IV, 13;[1] cf. §. 3.

§. 2. *Bonum et bonitas* aut τἀγαθόν significat aut, quod magis placet, ὁμοίωσιν τῷ θεῷ, de qua ad c. 3, 12 verbum feci.

§. 3. Eadem fere quam quae initio loci occurrit vox invenitur in *libro philosophorum* ap. Dillmannium l. l. p. 45 n. 246: *Amaritudo constantiae fructum fert dulcedinis, dulcedo autem pigritiae fructum fert amaritudinis nec non fructus laboris est quies.* Cf. ad c. 5, 6.

§. 5—7. Appositissime ad nostram explicationem auctor commentationis 23. Fratrum Sincerorum: *Die Form der Dinge* inquit *wird im Wesen und die Bedeutung* [معنى?] *alles Vorhandenen wird uns in der Substanz der Seele klar. Sie ist die Fundgrube der Wissenschaft und die Stätte der Formen*[2], *wie Plato sagt, dass alle Wissenschaft in der Seele der Kraft nach sei*[3]; *wenn du über ihr Wesen nachdenkst und es erkennst, so sind alle Wissenschaften in ihr durch die Vernunft.* Die Anthropologie p. 40.

§. 8—9. *Artifex* dicitur anima, *instrumentum* corpus: v. ad c. 13, 4—5.

Ad cap. 13.

§. 1—3. Fieri non posse ut anima hac in vita veris voluptatibus fruatur scriptor variis probare conatur argumentis.

---

[1] *Fructus patientiae est felix successus victoriae.* Freytag l. l. I. p. 269.

[2] τόπος εἰδῶν, qua voce vel a Platone ipso vel a nescio quo Platonis discipulo animam appellatam esse auctor est Arist. de an. III, 4 (p. 429, a, 27).

[3] v. Zellerum l. l. II, 1. p. 529—530.

§. 4—5. **Recta animae ad corpus ratio pluribus illustratur imaginibus. Quibus cunctis subest sententia animae esse** regere, corporis regi: *Man vergleiche* Fratres Sinceri quoque inquiunt *die Seele dem Leiter, den Leib dem Geleiteten.* Die Anthropologie p. 17, cf. p. 130. 213. Sed singulas paucis persequar! Similitudo artificis et instrumenti Graecis celebratissima est; satis habeo attulisse Plotinianum πᾶν τὸ σῶμα ὄργανον τῇ ψυχῇ παρεῖναι Enn. IV. 3, 23, cf. 21;[1] paullo accuratius Fratres Sinceri: *Die Seelen gleichen den Werkmeistern, die Leiber den Werkstätten, die Gliedmaassen den Werkzeugen.* l. l. p. 128, cf. p. 6 sqq. 17. 43. — Similitudinem equitis et equi quod attinet, notum est Platonem Phaedr. p. 246 totam animam cum coniuncta vi rectoris et duorum equorum comparare[2]; nec minus memoratu dignum Al-Shahrastânium l. l. p. 332, 18—19 prorsus simile quid Diogeni Cynico tribuere; Fratres Sinceri denique: *Die Seele gleicht dem Reiter, der Körper dem Reitthier und der Mensch ist beides zusammen, Ross und Mann.* l. l. p. 1, cf. p. 17. 43. — Tertia quoque similitudo principis et populi apud Fratres Sinceros iterum iterumque redit: *Man vergleiche die Seele dem König, den Leib dem Unterthan.* l. l. p. 17; *dieser Körper ist ..... einer Stadt zu vergleichen. Die Seele ist gleichsam der König dieser Stadt* ... p. 53, cf. p. 43.

§. 6—7. Conferas vocem: امتحنوا الناس فى وقت تمكّنهم وتسلّطهم دون وقت ذلّتهم كما الكور يمتحن به الذهب كذلك التمكّن يمتحن به الناس فانّ فى ذلك الوقت يظهر من الخير خيره ومن الشرير شرّه[3]،

§. 8—9. Mundus qui vocatur sensus e sententia scriptoris nulla utitur exsistentiae veritate, immo solum simulacrum est mundi rationis: c. 1, 5—6. 2, 7. 6, 9. Quare ea quae sub

---

[1] Celeberrimum quoque est Aristotelis illud: δεῖ τὴν μὲν τέχνην χρῆσθαι τοῖς ὀργάνοις, τὴν δὲ ψυχὴν τῷ σώματι. de an. I, 3 (p. 407, b, 25).

[2] Hinc etiam in *Constitutionibus apostolorum* VII, 34 (ed. de Lagarde p. 215 l. 21) νοῦς appellatur ὁ τῆς ψυχῆς ἡνίοχος.

[3] ***Homines tempore potestatis suae atque imperii probantur, non tempore vilitatis suae, nam ut fornace aurum probatur sic potestate homines probantur; isto enim tempore a bono bonum, a malo malum prodit.*** Freytag l. l. III. p. 491 n. 2944.

sensus cadunt, si realitatem spectas, similitudinem quandam gerunt visorum in somnis oblatorum, quum illa inter et res a sensibus remotas eadem intercedat ratio atque visa ista inter et res sensibus subiectas: c. 14, 1. Hinc is qui rebus humanis interest perpetuo somno sopitus esse fingitur ita ut si somnum ceperit *qui est per accidens celeriter cessans*, revera duplicem somnum videat. Quam imaginem illustrat quodammodo Al-Ghazzâlî dum in libro المنقذ من الضلال — ap. Cl. Schmoeldersium *Essai sur les écoles philosophiques chez les Arabes. Paris 1842.* — vitam suam narrans et curriculum doctrinae suae describens, postquam sensuum perceptiones incertas atque infidas esse statuit, quaestionem se movisse refert quo iure principiis rationis fides haberetur et veritas tribueretur pergitque: *Mon esprit fit quelque temps tous ses efforts pour répondre à cette objection; mais les difficultés s'augmentèrent encore au sujet du sommeil. Je me dis: 'Pendant le sommeil tu prêtes aux visions une réalité et une consistance dont tu ne doutes pas dans cet état: puis, réveillé, tu reconnais que toutes ces imaginations et ces croyances n'ont ni fondement, ni valeur. Qui t'assure donc que tout ce que tu reconnais dans l'état de veille, grâce à la sensation ou à l'entendement, existe effectivement? Tout cela est assurément vrai en égard à ton état actuel; mais il est pourtant possible qu'un autre état s'offre à toi, lequel soit à ton état de veille ce que celui-ci est maintenant à ton sommeil, de sorte que, par rapport à cet état, ton état de veille ne soit qu'un sommeil. Quand tu auras atteint cet état, tu reconnaîtras que toutes les choses perçues par ta raison sont des imaginations sans réalité ..... Peut-être la mort est cet état, car le seigneur des premiers et derniers prophètes a dit: Les hommes dorment; mais après la mort ils seront réveillés*[1] .....' Schmoelders p. 22 (p. 8 l. 4 sqq. text. ar.[2]).

[1] Haec tamen vox الناس ينام (نيامٌ ?) فاذا ماتوا انتبهوا non nisi verbis in Al-Ghazzâlii sententiam quadrat. Recte interpretantur eam Fratres Sinceri: *So sagt der Prophet: die Menschen schlafen, aber wenn sie sterben, erwachen sie, ihr Schlaf ist nur ihre Sorglosigkeit über das was nach dem Tode eintritt* ..... Die Anthropologie p. 125, quibuscum consentit Reschideddin Watwat ap. Fleischerum *Ali's hundert Sprüche* p. 5.

[2] Sane verba arabica quibus haec Schmoeldersii interpretatio innititur secundum Cl. Derenburgium in ann. *Heidelberger Jahrbücher der*

Ad cap. 14.

§. 1—3. Similitudo c. 13, 8—9 explicata iamiam ad vitae usum convertitur.

§. 6. Verbis convenit vox quae fertur Muhammadis (Meid. XXX, 35): دع ما يريبك الى ما لا يريبك[1], at sententia alia est.

§. 7—8. De vi vocabuli صُورِىّ *notioni similis atque cognatus* v. appendicem. — Ceterum equidem quid scriptor narret non intellego.

§. 9—10. Quonam spectet oratio Fratres Sinceri docent: *Wunderbar ist die Vereinigung des Höheren mit dem Niederen, des Zarten mit dem Dicken und sind darüber die Geister der Vernünftigen verwirrt. Der Unweise und Weise, der Kundige und Thor, der Stein und die Substanz* [جوهر, *gemma?*] *befinden sich hier an einer Stelle. Dies kann nur sein, dass den Wissenden in der Verbindung mit den Thoren eine Strafe für sein früheres Sein treffe* ..... Die Anthropologie p. 160.

§. 11—12. Est placitum Plotini Enn. III. 4, 2: *πάντα οὐρανὸν περιπολεῖ* (sc. *ἡ ψυχή*) *ἄλλοτε ἐν ἄλλοις εἴδεσιν, ἢ ἐν αἰσθητικῷ εἴδει ἢ ἐν λογικῷ ἢ ἐν αὐτῷ τῷ φυτικῷ;* cf. Zellerum l. l. II, 2. p. 528 sqq.

§. 14. Quid sint *vehicula simulata et commoda* quae fiet aliquando ut solvantur et liquefiant e c. 4, 3 apparet.

Literatur, 1845, p. 428 nonnullis emendationibus egent, quae tamen ad sententiam immutandam nihil conferunt.

[1] *Omitte facere id, de quo dubium habes et aggredere id, de quo non dubitas.* Freytag l. l. III. p. 613.

Appendix.

Quam multum in lexicis nostris arabicis si minus omnes per partes at certe quod ad singularum disciplinarum artiumque vocabula attinet desideretur nemo est quin sciat. Quare quum in libello nunc edito nonnullae voces occurrant aut omnino aut certis quibusdam significationibus philosophici (vel theologici) usus propriae, quas nusquam satis illustratas inveni, eas hoc loco quantum possum explicare non alienum esse videtur.

أَمْنٌ (*securitas* i. e. *vacuitas exspectationis rei adversae a tempore futuro:* Al-Dschurdschânî in *libro definitionum* ed. Flügel, Lips. 1845, p. 38, 12) in nostro libello respondet Platonis *ἀνδρεία* significatque *constantiam et firmitatem in observandis eis quae ratio praecipit de rebus timendis aut non timendis* (Plat. de rep. p. 442). Definitionis loco accipias sententias p. 44, 9: من طلب الامن فليعتقد التمعنى لمفارقة علائق الطبيعة et p. 37, 11: الخائف من الموت الطبيعيّ قد عدم حلاوة الامن, quibuscum praeter alia conferas Plotini illud *ἡ ἀνδρεία ἀφοβία θανάτου* Enn. I. 6, 6. Opponitur خَوْفٌ quod v.

إِنِّيَّةٌ (nomen a particula إِنَّ derivatum) reddit Aristotelis *τὸ ὅτι*. Est igitur *exsistentia*: p. 8, 1 in cc. R. et L. pro إِثْبَاتٌ in c. W., prima ex quattuor illis vel potius duabus quas Aristoteles Analyt. poster. II, 1—2 distinguit quaestionibus; synonymum est هُوِيَّةٌ, opp. مَاهِيَّةٌ, صُورَةٌ, alia. Al-

Dschurdschânî l. l. p. 39, 10 vocabulum sic definit: الانّيّة الانّيّة i. e. تحقّق الوجود العينيّ من حيث رتبته[1] الذاتيّة est veritas realis (rei) exsistentiae a gradu eius essentiali; cui definitioni lucem affert Aristoteles dum in illustranda quaestione qua *τὸ ὅτι* exquiritur, postquam exemplum attulit *οἷον εἰ ἔστιν ἢ μή ἐστι κένταυρος ἢ θεός*, pergit: *τὸ δ' εἰ ἔστιν ἢ μὴ ἁπλῶς λέγω, ἀλλ' οὐκ εἰ λευκὸς ἢ μή*. l. l. II, 1 (p. 89, b, 33). Singulari vi انّيّة de deo ponitur, veluti ap. Poperum *Behmenjâr ben el-Marzubân. Zwei metaphys. Abhandlgen von ihm, arab. u. deutsch. Lpz. 1851.* p. 16, 4 (text. ar.); cf. locum libri quem vocant *de causis* ab Ill. Hanebergio in ann. *Sitzungsberichte der kön. bayer. Akad. der Wissenschaften*, 1863, I. p. 370, 6 sqq. exhibitum.

اِثْبات in philosophia respondet *θέσει* Aristoteleae. Quare in universum notat *aliquid ponere, statuere, contendere*; de rebus autem si usurpatur, significat *sententiam substantialitatis rei alterius*, ut in margine codicis cuiusdam *libri definitionum* legitur ap. Flügelium p. 7, 16; exinde vero ipsa est *substantialitas* vel *exsistentiae veritas*: p. 8, 1; opp. ماهيّة, finitimum est انّيّة. — Apud Sufios quid valeat vocabulum docet Ibn ʿArabî ap. Flügelium l. l. p. 288, 12; cf. lexicum كشاف اصطلاحات الفنون, a Mohammad Wajih, Abd Al-Haqq et Gholam Kadir Calcuttae a. 1862 editum, t. I. p. 172, 19. t. II. p. 1356, 13 sqq.

حيرة *perturbatio mentis*: p. 71, 4. Cuius vocis apud Sufios vim copiosius exponit Ferid-Eddîn Attâr in carmine mystico منطق الطير ap. de Sacyum *Pend-namèh . . . Paris 1819.*

---

[1] Pro رتبته codex a Flügelio siglo *S.* notatus habet رتبة, quae lectio ad sententiam immutandam nihil valet (vertendum est *a gradu essentialitatis*). Ill. de Sacy *Not. et Extr.* X. p. 85 n. 209 qui scriptionem رتبة praetulit, ut ipse suspicatur, definitionem non intellexit quippe quam interpretaretur: *Aniyyèh. C'est connoître avec certitude l'existence substantielle, à raison du degré de l'absorption dans l'essence.*

p. 179—180, quacum explicatione conferas I. I. Reiskii notam ad Abulfedae Annal. muslem. III. p. 742 n. 357.

خَوْفٌ (*timor* i. e. *exspectatio interventus rei adversae aut amissionis rei carae*: Al-Dschurdschânî l. l. p. 107, 7) in nostro libello vitium significat virtuti quae vocatur أَمْنٌ contrarium, cf. p. 37, 8: من تشوّق الى الموت الطبيعىّ ورضى به عدم الخوف, quae vox iungenda est sententiis s. v. أمن laudatis.

اِشْتِرَاكٌ in libro nostro duplici potissimum usurpatur vi; est enim

1. *animus* (seu multitudine seu varietate rerum quibus occupatur) *diductus et distractus*: p. 44, 7. 71, 5; opp. تَوْحِيدٌ quod v.
2. *res mixtae, conflatae, concretae*: p. 87, 8. 90, 11; syn. تَرْكِيبٌ, opp. praeter توحيد etiam فَرْدَانِيَّةٌ quod v.

مُشَاهَدَةٌ *conspectus dei in rebus creatis*: p. 64, 4. Haec legitur vocabuli definitio ap. Al-Dschurdschânium p. 229, 8 sqq.: المشاهدة *ponitur de conspectu rerum indicia exhibente unitatis* (sc. *dei*) *ac proinde ponitur de conspectu veri* (i. e. *dei*) *in rebus atque ea quidem est facies quae est deo quatenus exstat atque apparet in omni re*. Addere iuvat explicationem *faciei veri s. dei* ap. eundem p. 270, 18 sqq.: وجه الحقّ هو ما به الشىء حقّا اذ لا حقيقة لشىء[1] الّا به تعالى وهو المشار اليه بقوله تعالى اينما تُوَلّوا فثمّ وجه اللّه وهو عين الحقّ المقيم لجميع الاشياء فمن راى قيّوميّة الحقّ للاشياء فهو الذى يرى وجه الحقّ فى كلّ شىء i. e. '*facies veri*' *est id quo res vere est, quoniam nulli rei veritas est nisi opera dei, quod quidem indicatur voce dei* — Sur. 2, 109 — '*quocumque convertimini, ibi facies dei est*', *quae est verum ipsum cunctis rebus substantialitatem tribuens, ita*

---

[1] Ita Abdarrazzaq: *Neue Jen. Allg. Lit. Ztg.*, 1848, p. 325, b; Flügelii codices exhibent شىء.

ut qui videt verum rebus substantialitatem tribuere, is faciem veri videat in omni re.

De sententia vocis apud Sufios disputat de Sacy *Not. et Extr.* XII. p. 349 n. 2.

شَهْوَةٌ *appetitio naturalis*: p. 20, 7; opp. غَضَبٌ quod v. — In universum significat *naturae impetum atque appetitum*: Al-Dschurdschânî p. 135, 11 vocem interpretatur *motionem animae prae appetitu rerum (ipsi) convenientium.* — Imprimis autem est *appetitus animi, cupiditas prava atque improba, libido*, veluti الشَّهَوَاتُ p. 37, 7. 11, quae eaedem plenius dicuntur شهوات الدنيا p. 92, 7. 93, 10. 12. Addere placet e *libro differentiarum* (كتاب الفروق) locum de differentia vocabulorum synonymorum quae sunt الشهوة et المحبّة, اللذّة, الارادة cap. 7.*

الفرق بين المحبّة والشهوة انّ الشهوة توقان النفس وميل الطباع الى المشتهى وليست من قبيل الارادة والمحبّة هى من قبيل الارادة ونقيضها البغضة ونقيض الحبّ البُغض والشهوة تتعلّق بالملاذّ فقط والمحبّة تتعلّق بالملاذّ وغيرها ، الفرق بين الشهوة واللذّة انّ الشهوة هى توقان النفس الى ما يلذّ ويسرّ واللذّة ما تاقت النفس اليه ونازعت الى نيله فالفرق بينهما ظاهر ، الفرق بين الارادة والشهوة انّ الانسان يشتهى ما هو لذّ[1] له كالصائم يشتهى شرب الماء ويكرهه وقد يريد الانسان ما لا يشتهيه كشرب الدواء المرّ والحِمْية والحجامة وما يسبيل ذلك فشهوة القبيح غير قبيحة وارادة القبيح قبيحة فالفرق بينهما بيّن ،

[1] scriptum est كان.

* Haurio locum e codice illius libri manu scripto quem Cl. Prym possidet ac benevole meo usui permisit. Est codex et initio et fine mutilus, quare scriptor libri non nominatur neque aliunde exquiri potuit. Exhibentur autem definitiones vocabulorum synonymorum secundum notionis varietatem in capita (ابواب) distributorum.

i. e. *Differentia inter* المحبّة *(amorem) et* الشهوة *in eo posita est quod* الشهوة *est desiderium animae et naturae inclinatio ad id quod concupiscitur neque ad voluntatem pertinet,* المحبّة *autem ad voluntatem pertinet eique opponitur* البغضة *(odium grave), quemadmodum voci* الحبّ *opponitur vox* البغض, *quum* الشهوة *voluptatibus tantummodo,* المحبّة *et voluptatibus et aliis rebus inhaereat. — Differentia inter* الشهوة *et* اللذّة *(voluptatem) in eo posita est quod* الشهوة *est animae desiderium eius quod voluptate et laetitia afficit,* اللذّة *autem id ipsum est quod anima desiderat et consequi exoptat, ita ut quae inter ea sit differentia appareat. — Differentia inter* الارادة *(voluntatem) et* الشهوة *in eo posita est quod concupiscit homo id quod ei voluptarium est, veluti is qui ieiunat aquam bibere concupiscit licet recuset; at saepenumero vult homo aliquid quod non concupiscit, veluti haustum amari medicamenti, diaetam, cucurbitam, alia eiusmodi, quare cupiditas rerum turpium non turpis est, voluntas rerum turpium turpis, ita ut quae inter ea sit differentia pateat.*

صُورة in universum respondet Graecorum εἴδει eiusque notionibus indutum ab Arabibus ad Iudaeos migravit (צורה); est igitur

1. *externa figura ac species* (opp. مَعْنًى). *Mit ihrem Ausdruck* '*Form*' Fratres Sinceri inquiunt *bezeichnen sie — die Philosophen — jede Gestalt und jeden Umriss, welchen die Substanz überhaupt annehmen kann.* Die Naturanschauung p. 1, cf. Die Logik u. Psych. p. 87. — Scriptor Catal. codd. mss. orient. bibl. Bodl. II, 2. p. 458a (ex opere quodam Barhebraei arabice converso) definitionem affert: الصورة المثل فى الاجسام بمعنى الوجه, '*forma*' *ubi de corporibus sermo est, species est.*
2. secundum ex quattuor illis quae Aristoteles distinxit principiorum generibus, εἶδος vel μορφή, *forma*. Hinc definitiones: الصورة هو الذى به ما هو الشىء Frat. Sinc. Die Log. u. Psych. p. 181 s. v. *Form* — Aristoteli τὸ εἶδος est τὸ αἴτιον τῆς ὕλης ᾧ τί ἐστιν Metaph. VI, 17 (p. 1041, b, 8) vel

ὁ λόγος ὁ τοῦ τί ἦν εἶναι Phys. II, 3 (p. 194, b, 27). Metaph. IV, 2 (p. 1013, a, 27) — et صورة الشيء ما به يحصل الشيء بالفعل Al-Dschurdsch. l. l. p. 141, 6 (proinde atque مادّة الشيء dicitur التي يحصل الشيء معها بالقوّة ibid. p. 205, 18) — Aristoteles saepius (ut τὴν ὕλην δύναμιν ita) τὸ εἶδος ἐνέργειαν vel ἐντελέχειαν appellat: v. Cl. Bonitzium Index aristot. Berol. 1870. p. 219, a, 24 sqq. —. Opp. الهيولى s. المادّة (ἡ ὕλη), القابلة (τὸ δεκτικόν), الموضوع (τὸ ὑποκείμενον).

3. *propria rei natura*: εἶδος λέγω τὸ τί ἦν εἶναι ἑκάστου Arist. Metaph. VI, 7 (p. 1032, b, 1), cf. ibidem VI, 10 (p. 1035, b, 32).[1] Haec notio subest definitioni: صورة الشيء *est id quod a re sumitur si tolluntur proprietates peculiares* Al-Dschurdsch. p. 141, 5. — Dogmatistis christianis الصورة est id quod singularum personarum divinarum proprium est: v. Cat. bibl. Bodl. l. l.

4. *forma vel species mente concepta, notio*; cf. Fratres Sinceros l. l.: الصور ما يتصوّره الانسان في افكارهم من المعلومات بعد مشاهدتهم لها في الهيولى بطريق الحواسّ i. e. الصور *sunt species rerum cognitarum quas homo cogitatione sibi informat postquam illas in materia sensibus crevit percepitque.*

5. Platonis ἰδέα, *notio substantiae vi induta*, exinde *substantia materiae expers*. Al-Shahrastânî l. l. p. 321, 14 (in exponenda doctrina Aristotelis qui quidem Platonis ἰδέας nomine εἰδῶν appellavit) الصُوَر الافلاطونيّة commemorat. — *Das Göttliche* Fratres Sinceri inquiunt *besteht aus den von der Materie freien Formen. Dies sind bleibende ewige Substanzen, denen weder Verderben noch Schaden zustösst, wie solches allem Körperlichen widerfährt. Deine Seele ist nur eine dieser Formen.* Die Naturanschauung p. 19, cf. Die Log. u. Psych. p. 15. Huc etiam pertinet quod angeli dicuntur الصور المجرّدة عن الهيولى i. e. *formae a materia abstractae*:

---

[1] Rationem inter notiones *formae* et *naturae* uno nomine τοῦ εἴδους comprehensas apud Aristotelem intercedentem illustrat Cl. de Hertling *Materie u. Form ..... bei Aristoteles. Bonn 1871.* p. 48 sqq.

Frat. Sinc. Die Log. u. Psych. p. 180 s. v. *Engel.* Die Anthropologie p. 39.

Explicato nomine صُورَة via munita est ad intellegendum adiectivum relativum ab eo derivatum

صُورِيّ. Quod secundum varias illius notiones et ipsum multiplici ponitur vi; est enim

1. *formalis* (cf. صورة 2.) i. e. εἰδικός = ποιητικός, imprimis in voce العلّة الصوريّة *causa formalis*;[1] opp. هيولانيّ s. قابليّ s. مادّيّ[2] i. e. ὑλικός = παθητικός.
2. *notioni similis atque cognatus* (cf. صورة 4.), appellatio animae: p. 113, 5. Cuius vocabuli sententiam illustrat Aristoteles argumentando τὸ μόριον τὸ τῆς ψυχῆς ᾧ γιγνώσκει τε ἡ ψυχὴ καὶ φρονεῖ esse *δεκτικὸν τοῦ εἴδους καὶ δυνάμει τοιοῦτον ἀλλὰ μὴ τοῦτο*: de an. III, 4 (p. 429, a, 15); prorsus autem respondere videtur εἶδός τι[3] qua voce (auctore Themistio in Arist. de an.: Arist. opp. ed. Acad. Reg. Bor. t. V. frgm. 42 p. 1482, b, 36) Aristoteles in dialogo qui *Eudemus* inscriptus fuit animam appellavit.
3. *speciei* (ἰδέᾳ cf. صورة 5.) *similis atque aequalis*[4] i. e. *(substantialis et) immaterialis.* Hoc sensu p. 61, 1 animae tribuitur ذات صوريّة neque aliter vocabulum acceptum velim

[1] Hic monere liceat ap. Dietericium Die Log. u. Psych. p. 191 s. v. *Ursache* quod exstat صورتيّة (sc. علّة) utique mutandum esse in صوريّة.

[2] Haec vox — quae num inveniatur Schmoelders Doc. phil. Arabum p. 132 s. v. مادّة dubitat — haud ita raro occurrit, veluti ap. Al-Dschurdschânium p. 160, 8, ap. Hâdschi Chalfam I. p. 193, 9, in lexico s. v. اِثْبات commemorato t. I. p. 203, 24. t. II. p. 1039, 17. 24. 1040, 3 sqq.

[3] i. e. *ein begriffliches Wesen*: Cl. J. Bernays *Die Dialoge des Aristoteles. Berlin 1863.* p. 25, quocum consentit de Hertling l. l. p. 124.

[4] Zeller l. l. II, 2. p. 46 laudatum illud εἶδός τι interpretatur *etwas der Idee Verwandtes.*

ap. Al-Shahrastânium l. l. p. 237, 15 ubi de ratione ponitur vel potius de العقل الفعّال من جهة ما هو عقل.*

تَصَوَّرَ (verbum a nomine صُورَةٌ deductum) *externam rei formam concipere* — التصوّر حصول صورة الشيء في العقل: Al-Dschurdschânî l. l. p. 61, 16, Al-Qazwînî ap. Cl. Goschium in ann. *Philolog. u. histor. Abhandlgen der kön. Akad. der Wissenschaften zu Berlin,* 1858, p. 280 —, c. c. a. r. Primitus igitur تصوّر in res sensibiles tantummodo cadit, opp. تَمَثَّلَ quod ad res a sensibus abditas spectat. Quas vocabulorum notiones scriptor ipse p. 6, 2 sqq. diserte exponit, sed in eis quae sequuntur saepenumero neglegit. Haud a re esse videtur addere ea quae auctor *libri differentiarum* s. v. شَهْوَةٌ laudati de differentia inter vocabula التصوّر et الظنّ, التوهّم, التخيّل statuenda praecipit s. f. cap. 4.

الفرق بين الظنّ والتصوّر انّ الظنّ ضرب من الاعتقاد يحدث عند بعض الامارات وهو رجحان احد طرفى التجويز واذا حدث[1] عند امارات[2] غلبت وزادت بعض الزيادة فظنّ صاحبه بعض ما تقتضيه تلك الامارات يسمّى ذلك غلبة الظنّ ويستعمل الظنّ فيما يدرك وفيما لا يدرك والتصوّر يستعمل فى المدرك دون غيره لانّ[3] المدرَك اذا ادركه المدرِك تُصُوِّر فى نفسه والشاهد انّ الاعراض التى لا تدرك لا تتصوّر نحو العلم والقدرة ٠والتمثّل مثل التصوّر الّا انّ التصوّر ابلغ لانّ قولك تصوّرتُ الشيء معناه انّى بمنزلة من ابصر صورته وقولك تمثّلته معناه انّى بمنزلة من ابصر مثاله فرؤيتك لصورة الشيء ابلغ فى عرفان ذاته من رؤيتك لمثاله ٠

[1] cod. habet حدثت; [2] cod. لعارات; [3] cod. كان.

* Quod Haarbrücker l. l. II. p. 56 vertit *formbegabt* equidem non video quid sibi velit.

الفرق بين التصوّر والتوهّم انّ تصوّر الشىء يكون مع العلم به وتوهّمه لا يكون مع العلم به لانّ التوهّم من قبيل التجويز والتجويز ينافى العلم وقال بعضهم التوهّم يجرى مجرى الظنون يتناول المدرك وغير المدرك مثل ان يخبرك من لا تعرف صدقه عمّا لا يقبله[1] العقل فتتخيّل كونه فاذا عرفت صدقه وقع العلم بمخبره وزال التوهّم وقال آخر التوهّم هو تجويز ما لا يمتنع من الجائز والواجب ولا يجوز ان يتوهّم الانسان ما يمنع كونه ألا ترى انّه لا يجوز ان يتوهّم الشىء متحرّكا ساكنا فى حال واحد،

الفرق بين التخيّل والتصوّر انّ التخيّل تصوّر لا يثبت على حال واذا ثبت على حالٍ لم يكن تخيّلًا فاذا تُصُوِّر الشىء فى الوقت الاوّل ولم يتصوّر فى الوقت الثانى قيل انّه يتخيّل وقيل التخيّل تصوّر الشىء على بعض اوصافه دون بعض فلهذا لا يتحقّق التخيّل والتوهّم ينافيان العلم كما انّ الظنّ والشكّ ينافيانه،

[1] cod. يخيله..

Differentia inter الظنّ *(opinionem) et* التصوّر *in eo posita est quod* الظنّ *est persuasio quaedam quae aliquot indiciis oblatis evenit vel propensio alterius duarum extremitatum sententiae possibilitatis (rei),* sin evenit indiciis oblatis quae praevaluerunt et aliquo pacto redundarunt eamque ob rem is qui eam habet aliquid ex eis, quae indicia illa postulant, verum esse putat, ea 'praevalentia opinionis' dicitur; porro* الظنّ *de eis quae cernuntur et de eis quae non cernuntur,* التصوّر *de eis quae cernuntur tantummodo nec de aliis rebus usurpatur, quia ea quae cernuntur (tantummodo) si ab aliquo cernuntur, animo eius informantur, quod quidem eo probatur*

* Cf. Al-Dschurdschânium p. 149, 4.

quod accidentia quae non cernuntur non informantur, veluti scientia et potentia. Simile quid atque التصوّر *est* التمثّل *nisi quod* التصوّر *gravius est, quia si rem informatam te habere dicis, sententia est eius loco te esse qui f o r m a m eius intuitus sit, sin rem effictam te habere dicis, sententia est eius loco te esse qui i m a g i n e m eius intuitus sit, conspectus f o r m a e rei autem quod notitiam essentiae eius attinet gravior est conspectu i m a g i n i s eius.*

Differentia inter التصوّر *et* التوهّم *(opinationem) in eo posita est quod informatio rei coniuncta est cum scientia eius, opinatio rei autem non coniuncta est cum scientia eius, quia opinatio ad sententiam possibilitatis (rei) pertinet quae quidem scientiam excludit. Secundum alios viros doctos* التوهّم *idem est quod putare, quippe quod et ea quae cernuntur et ea quae non cernuntur comprehendat, veluti si quis quem fide dignum non novisti tibi aliquid nuntiat quod ratio admittere non potest, illud esse imaginaris, sin fide dignum eum novisti, evenit scientia eius quod nuntiavit et opinatio cessat. Alii denique* التوهّم *inquiunt idem est quod possibile existimare aliquid quod non impossibile est, seu (re vera) possibile est seu necessarium, nec fieri potest ut homo opinetur aliquid quod esse non potest; nonne vides fieri non posse ut quis opinetur rem in uno statu et moveri et quiescere?*

Differentia inter التخيّل *(imaginationem) et* التصوّر *in eo posita est quod imaginatio est informatio quae non certa conditione nititur, sin certa conditione nititur, non est imaginatio, ita ut si quis rem modo informatam habet modo non informatam habet, imaginari eam dicatur. Ex aliorum sententia imaginatio est informatio rei secundum aliquot qualitates eius, non cunctas, quam ob rem non vera est imaginatio aeque atque opinatio, quippe quarum utraque scientiam excludat quemadmodum putatio et dubitatio eam excludunt.*

عُدْمٌ (عَدَمٌ), quod plerumque στερήσει Aristoteleae convenit, p. 38, 3 idem valet quod alias *mors animae* dicitur, quae quid sibi velit infra exponendum erit s. v. مَوْتٌ. — De

sententia vocabuli apud Drusos disserit scriptor Cat. bibl. Bodl. II, 2. p. 417, b.

تَمَعْنَى (verbum a nomine مَعْنًى formatum) *veram rei vim et naturam* (المعنى) *perspicere* vel *bene recteque rem animo effingere,* c. c. a. r.: p. 44, 9.

غَضَبٌ *declinatio animali innata*: p. 20, 6; (quae ap. Al-Dschurdschânium p. 168, 11 legitur vocabuli explicatio: الغضب *est mutatio (animi) quae evenit effervescente sanguine cordis, ut ex eo pectori sedatio eveniat,* ea usitatiorem *irae* notionem spectat;[1]) opp. شَهْوَةٌ quod v.

غِنًى (*copia*) in nostro libro idem est quod Platonicis graecis σωφροσύνη significatque *continentiam et moderationem qua quis libidines coercet atque ea quae adsunt satis habet.* Definitionem vocis sumas e sententia p. 44, 8: من طلب الغنى فليذهب الى رتبة القنوع — ἡ σωφροσύνη ἐστὶ καὶ ἡδονῶν τινῶν καὶ ἐπιθυμιῶν ἐγκράτεια, ὥς φασιν Plat. de rep. p. 430e. Opp. فقر quod v.

Ad radicem

فرد e libro nostro vocabula rariora adnotem quae sunt

1. فَرْدِيٌّ *unus solus* (seu numero seu gradu), de primo rerum principio: p. 64, 10.
2. فَرْدَانِيٌّ *simplex,* de rationis actu comprehendendi vel percipiendi: p. 87, 6; syn. فَارِدٌ.
3. فَرْدَانِيَّةٌ *res simplices*: p. 87, 6; syn. تَوْحِيدٌ, opp. تَرْكِيبٌ et اِشْتِرَاكٌ.

فَقْرٌ. Secundum Al-Dschurdschânium p. 175, 16 فقر est *significatio inopiae eorum quae sunt necessaria; inopia eorum autem*

---

[1] De origine eius addere liceat ap. Arist. de an. I, 1 (p. 403, a, 31) τὸν φυσικὸν ὀργὴν definientem fieri ζέσιν τοῦ περὶ καρδίαν αἵματος καὶ θερμοῦ.

quae non sunt necessaria non vocatur فقر. — In nostro libro فقر idem valere solet quod *indigentia* (*Bedürftigkeit* = *Ungenügsamkeit*), cf. p. 37, 7: من عفّ عن الشهوات عدم الفقر; opp. غنًى quod v. — Apud Sufios فقر summum gradum vitae spiritalis significat: de Sacy *Pend-namèh* p. LIV et 181.

تَمَثَّلَ (verbum a nomine مِثْل vel مِثَال derivatum) *cogitatione rem sibi effingere ex imagine eius sensibus percepta*, c. c. a. r. nec non c. ب r.: p. 59, 3. 100 n. 7; quare in nostro libro de rebus a sensibus remotis usurpatur secundum res sensibus subiectas, quae quidem illarum simulacra esse existimantur, animo informandis; opp. تَصَوُّر quod v.

Ad vocem

مَوْت de animae quam aiunt morte verbum faciam. Quae modo *inscientiam aut vitiositatem* significat modo *statum eius qui animi appetitus ratione regit eosque quasi oppressit quodammodo atque exstinxit*; cf. supra p. 125—126. Haec autem 'mors' varie distinguitur. Qua de re audias Al-Dschurdschânium p. 255, 14 sqq.[1]: الموت *est qualitas exsistentiae a creatore ita comparata ut vitae contraria sit, in consuetudine eorum autem qui vitae spiritali operam dant est dominatio cupiditatum animae ita ut qui a cupiditatibus suis moritur, is recta disciplina sua vivat.*

*Mors **rubra** est obsistere appetitibus animae.*

*Mors **alba** est fames quippe quae interiora illustret et animi faciem dealbet, ita ut cuius gula moritur, eius intellegentia vivat.*

*Mors **viridis** est veste uti ex pannis[2] proiectis qui nullius sunt pretii consuta, quia vita eius (qui ista veste utitur) continentia viret.*

---

[1] Cf. lexicum s. v. إِثْبَات laudatum t. II. p. 1316, 25 sqq.

[2] *Pannus*, خِرْقَة, est appellatio Sufiorum vestimenti: de Sacy *Pend-namèh* p. LXIII. *Not. et Extr.* XII. p. 305—306.

Mors n i g r a *est tolerantia damni naturae quod quidem est absorberi in deum, quia damnum naturae eo declaratur quod actiones in actionem eius qui amatur absorberi vides.*

نُورِىّ *lucidus*: p. 5, 4 de deo. Cognatum est vocabulum نُورَانِىّ. Primitus autem haec intercedere videtur differentia, ut نُورِىّ verum et proprium sensum teneat,[1] نُورَانِىّ translationem vel imaginem significet;[2] cf. de Sacyum *Gramm. ar. 2. éd.* I. §. 788.

[1] quae notio, ut exemplum afferam, apparet atque exstat ap. Flügelium l. l. p. 80, 3. 295, 11 et in libro *Mani, seine Lehre und seine Schriften. Lpz. 1862.* p. 56, 6. 13.

[2] veluti anima a Fratribus Sinceris appellatur جوهرة نورانيّة ap. Dietericium Die Log. u. Psych. p. 189 s. v. *Seele* (p. 17); cf. الصور النورانيّة in eorundem de principatu utrum hominibus an animalibus concedendus sit dissertatione Calcuttae a. 1812 edita p. 424, 8, a Dieterico versa p. 211 l. ult. *(die Lichtgestalten).*

تَوْحِيد, ut ait Al-Dschurdschânî p. 73, 3 sqq., *in sermone communi est iudicium rem unam esse et cognitio eam unam esse, in consuetudine eorum autem qui vitae spiritali operam dant est spoliare essentiam divinam ab omni (qualitate) quae mentibus informatur et imaginationibus et intellectibus effingitur.*[1] In nostro libro توحيد (ut usitatam notionem *unitatis dei* praetermittam) opponitur vocabulo quod est اِشْتِرَاك, quare significat

1. *animum ad sese revocatum atque in sese collectum* ita ut mens in unam rem directa sit nec vagentur cogitationes: p. 44, 6. 7.
2. *res simplices*: p. 87, 8. 90, 11; syn. فُرْدَانِيَّة.

[1] Quam vocis apud Sufios sententiam uberius illustrat de Sacy *Pend-namèh* p. LXII. 178. 184. *Not. et Extr.* XII. p. 291. 300. 347 sqq.

تُقًى (تَقْوَى, تُقَاةٌ) *cautio.* حدّ التقى ان تتّقى الاشياء الضارّة لك p. 70, 4—5; alias definitiones re convenientes exhibet Al-Dschurdschânî p. 68, 11 sqq. Is qui cautioni operam dat vocatur مُتَّقٍ, cf. Al-Dschurdsch. p. 209, 17 sqq. De utroque vocabulo pluribus disputat Beidhâwius loco p. 134, 11 laudato.

Addenda et Corrigenda.

p. VIII *n.* 4 *adde*: Quartum denique exemplum teste Ill. Hanebergio Canones S. Hippolyti arabice, Monachii 1870, p. 1 Museum Borgianum habet. — *p.* XVI *n.* 1 *lege* Fratrum. — *p.* 1 *v.* 17: praestantissimi. — *p.* 11 *v.* 11: المُرتب. — *p.* 15 *v.* 2: وتشاغل. — *p.* 15 *v. paenult.*: pepererint. — *p.* 22 *v.* 6: كثيرة. — *p.* 28 *v.* 12: §. 2—10. — *p.* 29 *v.* 9: المجانسة. — *p.* 30 *v.* 24: peregrinationis. — *p.* 38 *v.* 5: الغربة. — *p.* 50 *v. ult.*: Fleischeri. — *p.* 87 *n.* 6: والعلم. — *p.* 118 *v.* 10: موهوبن.

Bonnae, formis Caroli Georgi.

